MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80191-16

AUTHOR: JACOBY, EDGAR

TITLE: DE ANTIPHONTIS SOPHISTAE....

PLACE: BEROLINI

DATE: 1908

Master Negative #

91-80191-16

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Jacoby, Edgar, 1883-
De Antiphontis Sophistae Περὶ ὁμονοίας libro.
Berolini, Reimer, 1908.
69 p. 22½ cm.

Thesis. Berlin.

Vol. of theses

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/26/91 INITIALS ER
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202














MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE ANTIPHONTIS SOPHISTAE ΠΕΡΙ ΟΜΟΝΟΙΑΣ LIBRO.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE CAPESSENDOS CONSENSU ET AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA BEROLINENSI

SCRIPSIT

EDGAR JACOBY

BEROLINENSIS.

PROMOTIO SOLLEMNIS HABEBITUR

DIE XX. M. IUNII A. MCMVIII.

BEROLINI

TYPIS EXPRESSIT GEORGIUS REIMER

MCMVIII.

Rettulerunt ad ordinem de hac dissertatione
Hermannus Diels
Udalricus de Wilamowitz-Moellendorff.

PARENTIBVS · OPTIMIS

ARGUMENTUM.

Antiphontis sophistae personam et scripta quoniam primus lineamentis adumbravit satis certis H. Sauppius[1]), etsi iam nemo fere dubitat, quin ampliora fragmenta nomine tantum Antiphontis a Stobaeo signata[2]) sophistae Atheniensi, non oratori Rhamnusio sint attribuenda, tamen non solum de Politici qui inscribitur libri perpaucis illis fragmentis[3]) adhuc ambigitur, sed etiam in iis, quae nullo libri titulo indicato sunt tradita, ad singula sophistae scripta referendis dissentiunt viri doctissimi. Quorum Sauppius quidem maximam sententiarum moralium partem adscripsit Politico, quem sophistae esse persuasum habuit[4]). Blassius in editione sua novem fragmenta (125-133) libri Περὶ ὁμονοίας, reliqua Politici fuisse coniecit[5]). Wilamowitzius reliquias istas a Stobaeo servatas omnes ex eodem libro Περὶ ὁμονοίας sumptas esse arbitratus Politicum oratori vindicavit eundemque librum Λοιδορίαι Ἀλκιβιάδου inscribi voluit[6]). Quocum consentit Dielesius, quamquam Politicum sophistae attribuens in veterum grammaticorum auctoritate acquiescit[7]). Ab his autem dissidet Bureschius, cum illas sententias non ad concordiam pertinere, sed ad artem quandam consolatoriam, quam τέχνην ἀλυπίας Antiphontem conscripsisse auctor Vit. X orat. tradit[8]), demonstrare conatur[9]). Neque enim minus quam de assignatione fragmentorum viri docti inter se discrepant de argumento

[1]) Ausgewählte Schriften p. 508 sqq.

[2]) fr. 125—135 Blass. fr. 49—51. 53—54. 57—62 Diels, Fragmente der Vorsokratiker II, 1². 80 B p. 597 sqq.

[3]) fr. 120—124 Bl., 72—77 Diels.

[4]) l. c. p. 522 sq.

[5]) adn. ad fr. 125.

[6]) Herm. XI 296, Arist. u. Athen I 170.

[7]) Vorsok.² 80 A 2 (587,20).

[8]) Vorsok.² 80 A 6 (590,21).

[9]) Consolationum historia crit., Leipz. Stud. IX 72 sqq.

libri Περὶ ὁμονοίας, de quo subobscuram Blassius dixit esse quaestionem[10]). Atque is quidem primo sophistam in hoc libro rem publicam civiumve concordiam attigisse negavit[11]), post nonnulla, quae ad societatem civium pertinent, Iamblichum ex ipso Antiphontis Περὶ ὁμονοίας libro excerpsisse coniecit[12]). Blassio autem, quem sine ulla dubitatione secutus est Gomperzius[13]), cum alii contradixerunt, tum K. Toepferus, qui sermonem auctoris Iamblichi alienum ab Antiphonte esse nobis quidem probavit, sententias ab eo omnino abhorrere non probavit[14]). Quod enim Antiphontem nullam rei publicae rationem habuisse dicit, quid ille voluerit, non recte eum intellegere putamus[15]). In tantis igitur talium virorum dissensionibus[16]) cum nostrum esse videatur verum indagare, si in singula fragmenta accuratius inquiremus, aliquid nos effecturos esse speramus. Atque operae pretium est ad has Antiphontis reliquias studia nostra conferre, quippe qui unus sit ex paucis eorum sophistarum, quorum scripta non plane perierint, id quod in Protagora factum esse maxime dolemus. Accedit, quod ille primus fere magnam rem tractavit, cui non solum posterioris antiquitatis philosophi sed etiam nostrae aetatis diligenter operam dederunt.

Denique forma scribendi et per se, ut est vetustior, digna videtur, quae in tertio dissertationis capite accuratius examinetur, et propterea maxime respicienda, quod, si antiqua grammaticorum de Antiphontis dicendi genere iudicia cum ipsis fragmentis conferemus, id efficietur, ut ea quae in prioribus capitibus contenderimus, etiam melius stabiliamus atque confirmemus.

Quod autem ad textum attinet, non multum efficiemus, postquam Blassius et Dielesius eum emendaverunt. Nonnulla vero,

---

10) De Antiphonte sophista Iamblichi auctore (Kiel 1889) p. 4.

11) Attische Beredsamkeit I 111, cf. edit. p. 136 sq.

12) l. c. p. 13.

13) Griechische Denker I² 350. 464.

14) Die sog. Fragmente d. Soph. Antiphon b. Iambl. (XXI. Jahresber. d. Gymn. in Arnau 1902) p. 36 sqq. 41 sqq.

15) l. c. p. 47.

16) Omni rationis fundamento carent, quae protulit Schneiderus, Wien. Stud. XXVI 14.

quae ad explicandum sophistae sermonem et ad defendendam codicum lectionem ipse attuli, cum iis quae Dielesius vir doctissimus in altera fragmentorum editione modo emissa adnotavit, convenire valde gaudeo.

Cum igitur libri Περὶ ὁμονοίας reliquias nobis retractandas proposuerimus, id spectemus primum, quam rationem Antiphon secutus sit, quo modo sententiae eius inter se atque cum ceterorum placitis et illius et posterioris aetatis philosophorum vel sophistarum cohaereant quantumque ab iis distent. Itaque fieri posse speramus, ut clarius appareat, qualis ille fuerit virtutis magister.

I.

Ac primum quidem contemplanti fragmenta nullus videtur locus ad ipsam pertinere concordiam, quo factum est, ut alii ea, quae a Stobaeo servata sunt, a libro Περὶ ὁμονοίας segregarent, alii Antiphontem nisi de moribus hominum deque vitae brevitate et aerumnis in hoc libro non disseruisse statuerent. At considerandum est illud, quod neque grammatici, qui nonnulla ex Antiphontis libro lemmatis appositis sumpserunt[17]), ullam habuerunt rei rationem, neque Stobaeus, cum sententias quasdam splendidas, quibus librum Περὶ ὁμονοίας abundasse Philostratus dicit, hic illic excerpsit, ipsam concordiam spectavit. Quare cum mirum non sit nullam fieri concordiae mentionem, tamen vestigia quaedam ad eam ferentia inveniri posse puto, quibus appareat, quam viam ingressus Antiphon illam virtutem persecutus sit. Quae vestigia facilius perspiciemus, si, quibus temporibus sophista commotus sit, ut cives ad concordiam cohortaretur, oculis proposuerimus.

Peloponnesiaco enim bello exorto in omnibus fere Graeciae civitatibus seditiones atque discordias inter populares optimatesque exarsisse Thucydides narrat (III 82): καὶ ἐπέπεσε πολλὰ καὶ χαλεπὰ κατὰ στάσιν ταῖς πόλεσιν. Tum mores perverti, ait, coeptos esse, officia perturbari honestaque cum turpibus commisceri: καὶ τὴν εἰωθυῖαν ἀξίωσιν τῶν ὀνομάτων ἐς τὰ ἔργα ἀντήλλαξαν τῇ δικαιώσει. Temperantiam pro mollitia haberi (τὸ σῶφρον τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα

---

17) fr. 106—119 Bl., fr. 45—48. 52. 55. 63. 67—71 Diels.

III 82, 4), opes potentiamque iustitiae anteponi, omnia ad utilitatem referri (cf. I 76, 2 τὰ ξυμφέροντα λογιζόμενοι τῷ δικαίῳ λόγῳ νῦν χρῆσθε, ὃν οὐδείς πω παρατυχὸν ἰσχύι τι κτήσασθαι προθεὶς τοῦ μὴ πλέον ἔχειν ἀπετράπετο). Fidem societatemque civium cum pietate adversus deos tolli (cf. III 82, 6 οὐ γὰρ μετὰ τῶν κειμένων νόμων ὠφελίᾳ αἱ τοιαῦται ξύνοδοι, ἀλλὰ παρὰ τοὺς καθεστῶτας πλεονεξίᾳ. καὶ τὰς ἐς σφᾶς αὐτοὺς πίστεις οὐ τῷ θείῳ νόμῳ μᾶλλον ἐκρατύνοντο ἢ τῷ κοινῇ τι παρανομῆσαι). Nulla pacta, nullum ius iurandum servari nisi utile vel necessarium: οὐκ ἐχόντων ἄλλοθεν δύναμιν (III 82, 7). Verborum decus praetendi foeditati facinorum (cf. III 82, 8). Verbis communem salutem persequi (cf. III 82, 8 τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ θεραπεύοντες), nulla alterius ratione habita omnia ad se rapere commoda: οὐ μέχρι τοῦ δικαίου καὶ τῇ πόλει ξυμφόρου προστιθέντες, ἐς δὲ τὸ ἑκατέροις που ἀεὶ ἡδονὴν ἔχον ὁρίζοντες. Causam autem omnium malorum Thucydides fuisse dicit πλεονεξίαν καὶ φιλοτιμίαν (III 82, 8). Ex quibus discordia nascitur scelerum et flagitiorum mater: οὕτω πᾶσα ἰδέα κατέστη κακοτροπίας διὰ τὰς στάσεις τῷ Ἑλληνικῷ (III 83, 1). Quid? optimatium illud in quibusdam civitatibus ius iurandum: καὶ τῷ δήμῳ κακόνους ἔσομαι καὶ βουλεύσω ὅτι ἂν ἔχω κακόν (Arist. Pol. Θ 9. 1310ᵃ9 Susem.), nonne contrarium est ei, quod unusquisque civium in Graecia iurare debebat concorditer se victurum esse cum civibus? Cuius iuris iurandi exemplum lapidi insculptum fortunae nobis benignitate servatum est[18]). Legimus enim hoc Chersonesitis per omnes deos fuisse iurandum: ὁμονοησῶ ὑπὲρ σωτηρίας καὶ ἐλευθερίας πόλεος καὶ πολιτᾶν καὶ οὐ προδωσῶ Χερσόνασον κτλ. Idem ius iurandum spectat Socrates, cum civium salutem in concordia positam esse exponit: ἀλλὰ μὴν καὶ ὁμόνοιά γε μέγιστόν τε ἀγαθὸν δοκεῖ ταῖς πόλεσιν εἶναι καὶ πλειστάκις ἐν αὐταῖς αἵ τε γερουσίαι καὶ οἱ ἄριστοι ἄνδρες παρακελεύονται τοῖς πολίταις ὁμονοεῖν, καὶ πανταχοῦ ἐν τῇ Ἑλλάδι νόμος κεῖται τοὺς πολίτας ὀμνύναι ὁμονοήσειν, καὶ πανταχοῦ ὀμνύουσι τὸν ὅρκον τοῦτον· οἶμαι δ' ἐγὼ ταῦτα γίγνεσθαι . . . . ., ἵνα τοῖς νόμοις πείθωνται. τούτοις γὰρ τῶν πολιτῶν ἐμμενόντων, αἱ πόλεις ἰσχυρόταταί τε καὶ εὐδαιμονέσταται γίγνονται· ἄνευ δὲ ὁμονοίας οὔτ' ἂν

18) Dittenberger, Sylloge I² 461.

πόλις εὖ πολιτευθείη οὔτ' οἶκος καλῶς οἰκηθείη (Xen. Mem. IV 4, 16). Cum igitur boni et sapientes saepe ad concordiam cives cohortati sint[19]), tum vero Antiphon, nisi concordia valeret, rem publicam civiumque societatem everti persuasum habuit. Sed illis temporibus si quis mores vel ad honestatem vel ad pietatem erga deos referre voluit, nihil potuit efficere (cf. Thuc. V 111, 3. 105, 2). Quare ei qui honesta et turpia in opinione existimaret, non in natura posita, haec etiam ad utilitatem erant ita revocanda, ut prodesse doceret honesta, turpia nocere. Atque id ipsum Thucydides Melios facit dicentes contra Athenienses, qui neque ullam nisi inter pares esse iustitiam et validissimo cuique inferiorem cedere oportere statuunt (V 89. 90). Illi autem, si quidem iustitia posthabita utilitatem laudari necesse sit, ipsis Atheniensibus usui esse affirmant communi saluti providere: ᾗ μὲν δὴ νομίζομέν γε χρήσιμον[20]) (ἀνάγκη γάρ, ἐπειδὴ ὑμεῖς οὕτω παρὰ τὸ δίκαιον τὸ ξυμφέρον λέγειν ὑπέθεσθε) μὴ καταλύειν ὑμᾶς τὸ κοινὸν ἀγαθόν. Proinde parcant sibi Athenienses, si non quod iustum sit, at certe quod aequum[21]), ne id quod aliis intulerint, ipsi patiantur: καὶ πρὸς ὑμῶν οὐχ ἧσσον τοῦτο, ὅσῳ καὶ ἐπὶ μεγίστῃ τιμωρίᾳ σφαλέντες ἂν τοῖς ἄλλοις παράδειγμα γένοισθε.

Quae cum ita sint, non mirabimur Antiphontem eandem rationem sequi. Etenim eum qui veritus, ne damnum accipiat, ab iniuria desistat, sapientiorem esse in fr. 58 exponit quam qui se ipsum nihil passurum opinatus alteri iniuriam afferre non dubitet: ὅστις δὲ ἰὼν ἐπὶ τὸν πλησίον κακῶς ποιήσων δειμαίνει μὴ ἃ θέλει ποιῆσαι, ἁμαρτὼν τούτων ἃ μὴ θέλει ἀπενέγκηται, σωφρονέστερος. Propter incommoda igitur, quae eveniunt improbis, fugiendam improbitatem his docet: ὅστις δὲ δράσειν μὲν οἴεται τοὺς πέλας κακῶς,

19) cf. Democr. fr. 249. 250 (Vorsok.² I 55 B p. 429,7 sqq.).

20) Ut hoc loco χρήσιμον id significat quod omnibus est usui, sic apud Euripidem ii qui χρηστὰ βουλεύουσι, sunt χρήσιμοι πόλει (Or. 909 sq.), contra qui detrahit quod cuique potest sui commodi causa, πόλει ἄχρηστος dicitur (Heraclid. 4). Cf. Suppl. 238 sq., quem locum postea afferemus.

21) ἀλλὰ τῷ ἀεὶ ἐν κινδύνῳ γιγνομένῳ εἶναι τὰ εἰκότα καὶ δίκαια κτλ. Hac nitor codicum C et G scriptura, quam alterius familiae unus sequitur E, cum in reliquis desit καί. Quare καὶ δίκαια delent G. Hermann, C. Hude. „Dadurch verliert die .. Argumentation der Melier ihre Pointe" (Classen).

πείσεσθαι δ' οὔ, οὐ σωφρονεῖ. ἐλπίδες δ' οὐ πανταχοῦ ἀγαθόν· πολλοὺς γὰρ τοιαῦται ἐλπίδες κατέβαλον εἰς ἀνηκέστους συμφοράς, ἃ δ' ἐδόκουν τοῖς πέλας ποιήσειν, παθόντες ταῦτα ἀνεφάνησαν αὐτοί. Ex quo intellegitur nec intemperantiam propter se esse fugiendam temperantiamque propter utilitatem expetendam[22]). Nec modo non nocere, sed etiam prodesse alteri oportet, quo tibi ipsi maxime proderis. Communem enim omnium esse utilitatem Antiphon fabula satis iucunda demonstrat, quae est de pecunia recte utenda (fr. 54). Avarus quidam homini pecuniam petenti fenore dare recusat. Est enim talis, οἷος ἀπιστεῖν τε καὶ μὴ ὠφελεῖν μηδένα. Amisso autem argento vehementer queritur, ὅτι οὐκ ἔχρησε τῷ δεομένῳ, ὃ ἂν αὐτῷ καὶ σῷον ἦν καὶ ἕτερον προσέφερεν. Atque paenitet eum malignitatis: ἀπωλοφύρετο τὴν συμφοράν, ὅτι ἐξήμαρτε καὶ ὅτι οἱ μεταμέλει οὐ χαρισαμένῳ, ἀλλ' ἀχαριστήσαντι. Ex quo efficitur eum qui non convertat pecuniam in suum aliorumque usum, parem esse ei qui prorsus nihil habeat: ὅτῳ γάρ τις μὴ ἐχρήσατο μηδὲ χρήσεται, ὄντος ἢ μὴ ὄντος αὐτῷ οὐδὲν οὔτε πλέον οὔτε ἔλασσον βλάπτεται[23]) κτλ. Quid igitur fabula docet? Homines ad bene beateque vivendum non solum suo sed etiam alterius commodo providere debent. Nam miseram vitam plerique ideo agunt, quod inter se ita invident, ut

[22]) Democritus, etsi ipse quoque ab utilitate proficiscitur (cf. fr. 225 ἀληθομυθέειν χρεών, ὃ πολὺ λώϊον, cf. fr. 39), tamen in ea non consistit, sed eo progrediendum esse putat, ut bonum propter se ipsum appetas: μὴ διὰ φόβον, ἀλλὰ διὰ τὸ δέον ἀπέχεσθαι ἁμαρτημάτων (fr. 41). Maxime differt fr. 264: μηδέν τι μᾶλλον τοὺς ἀνθρώπους αἰδεῖσθαι ἑαυτοῦ μηδέ τι μᾶλλον ἐξεργάζεσθαι κακόν, εἰ μέλλει μηδεὶς εἰδήσειν ἢ εἰ οἱ πάντες ἄνθρωποι· ἀλλ' ἑωυτὸν μάλιστα αἰδεῖσθαι κτλ. ab [Isocr.] ad Demon. I 17 ἅπαντα δόκει ποιεῖν ὡς μηδένα λήσων· καὶ γὰρ ἂν παραυτίκα κρύψῃς, ὕστερον ὀφθήσει. Eodem argumento utitur Epicurus (Sent. sel. 34. 35. Us., cf. Cic. de fin. I 16,50 sq.), qui hac in re Aristippum secutus est (cf. Laert. Diog. 8,8). Quorum eadem est atque Antiphontis ratio, quam nostri philosophi doctrinam commodi bene perspecti (*de l'intérêt bien entendu*) appellant (cf. Gomperz l. c. II² 181 sq.).

[23]) ἔχει Nauckius, βλέπεται Buecheler. Exspectaveris οὐδὲν οὔτε βλάπτεται οὔτε ὠφελεῖται (quod ad ὄντος spectat) sive unum verbum, quod neutrum significat. Sed is qui loquitur de damno cogitat, quod alter queritur. Qua de causa rem ita exprimit, ut commodum pro minore incommodo habeat. Non dissimilis est is usus, quem Wilamowitzius illustravit ad Herc. v. 1106, cf. Ant. Rh. Tetr. B β 6 οἵ τε ἑκούσιόν τι δρῶντες ἢ πάσχοντες, quod critici item depravarunt.

alter alteri neque confidat neque succurrat. Quod si facerent, summam utilitatem perciperent e vitae societate. Ad ὁμόνοιαν[24]) haec pertinere quis non videt? Si forte quis dubitet, conferat quae de eadem re exposuit Democritus fr. 255: ὅταν οἱ δυνάμενοι τοῖς μὴ ἔχουσι καὶ προτελεῖν τολμέωσι καὶ ὑπουργεῖν καὶ χαρίζεσθαι, ἐν τούτῳ ἤδη καὶ τὸ οἰκτίρειν ἔνεστι καὶ μὴ ἐρήμους εἶναι καὶ τὸ ἑταίρους γίνεσθαι, καὶ τὸ ἀμύνειν ἀλλήλοισι καὶ τοὺς πολιήτας ὁμονόους εἶναι καὶ ἄλλα ἀγαθά, ἅσσα οὐδεὶς ἂν δύναιτο καταλέξαι. His verbis nihil plus ad concordiam augendam valere Democritus dicit quam id ipsum, quod Antiphon hominibus faciendum esse fabula docet. Quamquam hic non tam humanitatem respexisse videtur quam utilitatem. Sed etiam aliud argumentum afferamus, quo interpretationi nostrae maiorem fidem addamus. Neque enim ipse Antiphon fabulam finxit, sed traditam ita mutavit, ut propositum assequeretur. Exstat enim eadem fere, quae vocatur Aesopica, multo sane posteriore aetate verbis excepta, quam si cum Antiphontis narratione contulerimus, quid ille addiderit, elucebit[25]). Narratur igitur avarum quendam re sua in pecuniam redacta glebam auri parasse, quam defossam, etsi ille cotidie observaverit, operarium aliquem surripuisse. Cum autem ille vehementer lamentaretur, admonuisse eum quendam: ἰδὼν δέ τις αὐτὸν ὑπερπαθοῦντα (412 ὀλοφυρόμενον) καὶ τὴν αἰτίαν μαθών, ἔφη πρὸς αὐτόν· 'μὴ λυποῦ, ἀλλὰ λαβὼν λίθον ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ κατάθες, καὶ νόμιζε τὸ χρυσίον κεῖσθαι· οὐδὲ γάρ, ὅτε ἦν, ἐχρῶ αὐτῷ.' Haec vero paene ad verbum congruunt cum iis, quae ille apud Antiphontem dicit: ὁ δ' αὐτὸν ἐκέλευε μὴ φροντίζειν, ἀλλὰ νομίζειν αὑτῷ εἶναι καὶ μὴ ἀπολωλέναι, καταθέμενον λίθον εἰς τὸ αὐτὸ χωρίον· 'πάντως γὰρ οὐδ' ὅτε ἦν σοι, ἐχρῶ αὐτῷ, ὅθεν μηδὲ νῦν νόμιζε στέρεσθαι μηδενός.' Sed Antiphon hominem avarum non aurum defodisse narrat, sed magnam pecuniam nescio quo loco deposuisse. Deest in fabula Aesopica is qui ab altero petat, ut pecuniam sibi det fenore. Idem autem apud Antiphontem illum alloquitur. Cum igitur fabula Aesopica nihil aliud doceat nisi hoc: ὅτι οὐδέν ἐστιν ἡ κτῆσις, ἐὰν μὴ ἡ

[24]) *Gemeinsinn* Gomperz l. c. p. 350.

[25]) In Halmii editione eadem fabula etiam aliter narrata est (412 et 412b) Quae narrationes cum non verbis, at rebus congruant, alteram 412b sequemur

χρῆσις παρῇ, Antiphon etiam illud sibi proposuit, ut ostenderet, qua ratione esset pecunia utendum. Quibus rebus intellegitur haec eum addidisse, cum ad concordiam civium spectaret, quae contineretur utilitatis communione[26]).

Itaque facile concedas nec recte interpretari Bureschium fabulam, qua consolari sophistam de amissa pecunia voluisse dicat[27]), nec pertinere hoc fragmentum ad artem consolatoriam. Itemque Duemmlerus a vero aberravit[28]): „Diese Parabel entspricht genau dem Gleichnis im Gorgias (494a) vom enthaltsamen Manne" etc. Est enim non continens, sed avarus, quem Antiphon describit. Continentiam autem ille probat (cf. fr. 58, 59), contemnit Callicles. Inter quos viros nihil commune intercedit. Nam Antiphon et civium rationem habendam et cupiditates coercendas esse statuit.

Haec igitur ex fr. 54 et 58 cognovimus: primum Antiphontem concordiam in communi omnium utilitate posuisse, deinde eum pecunia recte utenda cives inter se sociari docuisse. Nec vero in iis, quae effecimus, acquiescamus, sed testes adhibeamus et sophistae aequales et posteriores philosophos, ut magis eluceat eum de iis ipsis rebus disseruisse, quibus illa aetate animi hominum maxime exagitabantur. Etenim habuit Antiphon, ut res tum erant, quod discordiam civium vituperaret. Quorum alteri divitiis abundabant, alteri egestate vexabantur. Utrique bonum publicum simulantes suis commodis servire. Avaritia fidem probitatemque subverterat:

---

[26]) cf. F. A. Lange, Gesch. d. Materialismus p. 39 sq.: *In der Ethik ist ⟨der Schritt vom Einzelnen zum Allgemeinen⟩ im Grunde schon geschehen, sobald die Tugend, nach Auflösung aller äußerlich gegebenen objektiven Normen, nicht einfach bei Seite gesetzt, sondern auf das Prinzip der Erhaltung und Förderung einer menschlichen Gemeinschaft übertragen wird. Die Sophisten betraten diesen Weg noch ohne sich seiner prinzipiellen Bedeutung bewußt zu sein.* Testis est hic locus: [Isocr.] ad Demon. 17: μάλιστα δ᾽ ἂν εὐδοκιμοίης, εἰ φαίνοιο ταῦτα μὴ πράττων, ἃ τοῖς ἄλλοις ἂν πράττουσιν ἐπιτιμῴης. cf. 21. — Cum Antiphonte philosophum saec. XVIII p. Ch. n. Helvetium componendum esse puto, cf. Ueberweg-Heinze, Grundr. d. Gesch. d. Phil. III[7] 184: *Auf das Prinzip des eigenen Interesses hat mittelst des Satzes, daß dieses nur in Übereinstimmung mit dem Gemeinwohl seine ungetrübte und volle Befriedigung zu finden vermöge, Helvetius die Moral zu gründen versucht.*

[27]) l. c. p. 83.

[28]) Academica p. 81.

τὸ δὲ ἀντιτάχθαι ἀλλήλοις τῇ γνώμῃ ἀπίστως ἐπὶ πολὺ διήνεγκεν (Thuc. III 83, 1). Quae autem fuerint rei publicae partes, ex Euripidis Suppl. v. 238 sqq. cognovimus: τρεῖς γὰρ πολιτῶν μερίδες· οἱ μὲν ὄλβιοι ἀνωφελεῖς τε πλειόνων τ᾽ ἐρῶσ᾽ ἀεί· οἱ δ᾽ οὐδὲν ὄντες[29]) καὶ σπανίζοντες βίου, δεινοὶ νέμοντες τῷ φθόνῳ πλέον μέρος εἰς τοὺς ἔχοντας κέντρ᾽ ἀφιᾶσιν κακά, γλώσσαις πονηρῶν προστατῶν φηλούμενοι· τριῶν δὲ μοιρῶν ἡ ᾽ν μέσῳ σῴζει πόλεις, κόσμον φυλάσσουσ᾽ ὅντιν᾽ ἂν τάξῃ πόλις. Cum his conferas Thuc. III 82, 8: τὰ δὲ μέσα τῶν πολιτῶν ὑπ᾽ ἀμφοτέρων ἢ ὅτι οὐ ξυνηγωνίζοντο ἢ φθόνῳ τοῦ περιεῖναι διεφθείροντο. Fit igitur id quod Plato in Leg. 626d dicit: τὸ πολεμίους εἶναι πάντας πᾶσιν, item Rep. 551d: τὸ μὴ μίαν ἀλλὰ δύο ἀνάγκῃ εἶναι τὴν τοιαύτην πόλιν, τὴν μὲν πενήτων, τὴν δὲ πλουσίων, οἰκοῦντας ἐν τῷ αὐτῷ, ἀεὶ ἐπιβουλεύοντας ἀλλήλοις. Quae cum ita essent, nisi bona aequabilius distribuerentur, haec rei publicae pestis[30]) sanari non posse videbatur: δοκεῖ γάρ τισι τὸ περὶ τὰς οὐσίας εἶναι μέγιστον τετάχθαι καλῶς· περὶ γὰρ τούτων ποιεῖσθαί φασι τὰς στάσεις πάντας. διὸ Φαλέας ὁ Χαλκηδόνιος τοῦτ᾽ εἰσήνεγκε πρῶτος. φησὶ γὰρ δεῖν ἴσας εἶναι τὰς κτήσεις τῶν πολιτῶν (Arist. Pol. B 7. 1266^{a} 36. Vorsok.[2] I 27, 1). Sed alii aliud sentiebant. Ut auctor ille Iamblichi, quem Blassius detexit, leges institutaque rei publicae adeo non commutanda esse censet, ut in retinendis iis diligenterque observandis summam salutem ponat (cf. Vorsok.[2] II 1, 82. 6, 1 p. 632, 23). Nisi enim leges valeant, neque fidem ullam esse neque societatem communis utilitatis causa: πίστις μὲν πρώτη ἐγγίγνεται ἐκ τῆς εὐνομίας μεγάλα ὠφελοῦσα τοὺς ἀνθρώπους τοὺς σύμπαντας, καὶ τῶν μεγάλων ἀγαθῶν τοῦτό ἐστι· κοινὰ γὰρ τὰ χρήματα γίγνεται ἐξ αὐτῆς, καὶ οὕτω μὲν ἐὰν καὶ ὀλίγα ᾖ ἐξαρκεῖ ὅμως κυκλούμενα, ἄνευ δὲ ταύτης οὐδ᾽ ἂν πολλὰ ᾖ ἐξαρκεῖ. καὶ αἵ τύχαι δὲ αἱ εἰς τὰ χρήματα καὶ τὸν βίον, αἵ τε ἀγαθαὶ καὶ μή, ἐκ τῆς εὐνομίας τοῖς ἀνθρώποις προσφορώτατα κυβερνῶνται· τούς τε γὰρ εὐτυχοῦντας ἀσφαλεῖ αὐτῇ χρῆσθαι καὶ ἀνεπιβουλεύτῳ, τούς τε αὖ

---

[29]) Wilam.; οὐκ ἔχοντες codd.

[30]) cf. Pl. Leg. 744d δεῖ γὰρ ἐν πόλει που, φαμέν, τῇ τοῦ μεγίστου νοσήματος οὐ μεθεξούσῃ, ὃ διάστασιν ἢ στάσιν ὀρθότερον ἂν εἴη κεκλῆσθαι, μήτε πενίαν τὴν χαλεπὴν ἐνεῖναι παρά τισιν τῶν πολιτῶν μήτε αὖ πλοῦτον, ὡς ἀμφοτέρων τικτόντων ταῦτα ἀμφότερα.

δυστυχοῦντας ἐπικουρεῖσθαι ἐκ τῶν εὐτυχούντων διὰ τὴν ἐπιμειξίαν τε καὶ πίστιν, ἅπερ ἐκ τῆς εὐνομίας γίγνεται. τόν τε αὖ χρόνον τοῖς ἀνθρώποις διὰ τὴν εὐνομίαν εἰς μὲν τὰ πράγματα ἀργὸν γίγνεσθαι, εἰς δὲ τὰ ἔργα τῆς ζωῆς ἐργάσιμον (cf. Democr. fr. 250 ἀπὸ ὁμονοίης τὰ μεγάλα ἔργα κτλ.) . . . . . τὰ δ' ἐκ τῆς ἀνομίας κακὰ ἀποβαίνοντα τάδε ἐστίν. ἄσχολοι μὲν πρῶτον οἱ ἄνθρωποι πρὸς τὰ ἔργα γίγνονται καὶ ἐπιμελοῦνται τοῦ ἀηδεστάτου, πραγμάτων ἀλλ' οὐκ ἔργων, τά τε χρήματα δι' ἀπιστίαν καὶ ἀμειξίαν ἀποθησαυρίζουσιν ἀλλ' οὐ κοινοῦνται, καὶ οὕτως σπάνια γίγνεται, ἐὰν καὶ πολλὰ ᾖ (7, 1-3. 7-8). — ὅ τε πόλεμος ἔξωθεν μᾶλλον ἐπάγεται καὶ ἡ οἰκεία στάσις ἀπὸ τῆς αὐτῆς αἰτίας κτλ. (7, 10). Videmus igitur Anonymum Iamblichi idem spectare atque Democritum et Antiphontem, ut copia fiat rei nummariae, inopia minuatur. Nam in hac re maxime concordiam positam esse ne Aeneas quidem Tacticus ignorat, qui talia praecepta dat ad cives in urbe obsessa inter se conciliandos (14, 1): τὸ δὲ πλῆθος τῶν πολιτῶν εἰς ὁμόνοιαν τέως μάλιστα χρὴ προάγειν, ἄλλοις τε ὑπαγόμενον αὐτοὺς καὶ τοὺς χρεωφειλέτας κουφίζοντα τόκων βραχύ τι[31]) ἢ ὅλως ἀφαιροῦντα, ἐν δὲ τοῖς λίαν ἐπικινδύνοις καὶ τῶν ὀφειλημάτων τι μέρος ἢ καὶ πάντα ὅταν δέῃ . . . . ., τούς τε ἐν ἀπορίᾳ ὄντας τῶν ἀναγκαίων εἰς εὐπορίαν καθιστάναι.

His autem adiungimus Isocratem in Areopagitico concordiam laudantem, quam in optima maiorum civitate floruisse fingit (31—35): οὐ γὰρ μόνον περὶ τῶν κοινῶν ὡμονόουν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν ἴδιον βίον τοσαύτην ἐποιοῦντο πρόνοιαν ἀλλήλων[32]), ὅσην περ χρὴ τοὺς εὖ φρονοῦντας καὶ πατρίδος κοινωνοῦντας. οἵ τε γὰρ πενέστεροι τῶν πολιτῶν τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ φθονεῖν τοῖς πλείω κεκτημένοις, ὥσθ' ὁμοίως ἐκήδοντο τῶν οἴκων τῶν μεγάλων ὥσπερ τῶν σφετέρων αὐτῶν, ἡγούμενοι τὴν ἐκείνων εὐδαιμονίαν αὑτοῖς εὐπορίαν ὑπάρχειν· οἵ τε τὰς οὐσίας ἔχοντες οὐχ ὅπως ὑπερεώρων τοὺς καταδεέστερον πράττοντας, ἀλλ' ὑπολαμβάνοντες αἰσχύνην αὑτοῖς εἶναι τὴν τῶν πολιτῶν ἀπορίαν ἐπήμυνον ταῖς ἐνδείαις, τοῖς μὲν γεωργίας ἐπὶ μετρίαις μισθώσεσι παραδιδόντες, τοὺς δὲ κατ' ἐμπορίαν ἐκπέμποντες, τοῖς δ' εἰς τὰς ἄλλας ἐργασίας ἀφορμὴν παρέχοντες. οὐ γὰρ

[31]) Kirchhoffius: βραχύτητι codd. Reliquorum coniecturis (⟨τῶν μὲν⟩ τόκων, ὅλους, ἀφιέντα, καθιστάντα) locum depravatum esse puto.

[32]) *sociale Fürsorge.*

ἐδέδισαν μὴ δυοῖν θάτερον [πάθοιεν], ἢ πάντων στερηθεῖεν, ἢ πολλὰ πράγματα σχόντες μέρος τι κομίσαιντο τῶν προεθέντων· ἀλλ' ὁμοίως ἐθάρρουν περὶ τῶν ἔξω δεδομένων ὥσπερ περὶ τῶν ἔνδον κειμένων. ἑώρων γὰρ τοὺς περὶ τῶν συμβολαίων κρίνοντας οὐ ταῖς ἐπιεικείαις χρωμένους, ἀλλὰ τοῖς νόμοις πειθομένους, οὐδ' ἐν τοῖς τῶν ἄλλων ἀγῶσιν αὑτοῖς ἀδικεῖν ἐξουσίαν παρασκευάζοντας, ἀλλὰ μᾶλλον ὀργιζομένους τοῖς ἀποστεροῦσιν αὐτῶν τῶν ἀδικουμένων, καὶ νομίζοντας διὰ τοὺς ἄπιστα τὰ συμβόλαια ποιοῦντας μείζω βλάπτεσθαι τοὺς πένητας τῶν πολλὰ κεκτημένων· τοὺς μὲν γάρ, ἢν παύσωνται προϊέμενοι, μικρῶν προσόδων ἀποστερήσεσθαι, τοὺς δ' ἢν ἀπορήσωσι τῶν ἐπαρκούντων, εἰς τὴν ἐσχάτην ἔνδειαν καταστήσεσθαι. καὶ γάρ τοι διὰ τὴν γνώμην ταύτην οὐδεὶς οὔτ' ἀπεκρύπτετο τὴν οὐσίαν οὔτ' ὤκνει συμβάλλειν ἀλλ' ἥδιον ἑώρων τοὺς δανειζομένους ἢ τοὺς ἀποδιδόντας. ἀμφότερα γὰρ αὐτοῖς συνέβαινεν ἅπερ ἂν βουληθεῖεν ἄνθρωποι νοῦν ἔχοντες· ἅμα γὰρ τούς τε πολίτας ὠφέλουν καὶ τὰ σφέτερ' αὐτῶν ἐνεργὰ καθίστασαν· κεφάλαιον δὲ τοῦ καλῶς ὁμιλεῖν· αἱ μὲν γὰρ κτήσεις ἀσφαλεῖς ἦσαν, οἷσπερ κατὰ τὸ δίκαιον ὑπῆρχον, αἱ δὲ χρήσεις κοιναὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις τῶν πολιτῶν. Totum hunc locum apposui, quod ea ipsa, quorum vestigia in fabula Antiphontis fragmentis illis Democriti et Anonymi Iamblichei adhibitis invenimus, ab Isocrate fusius exponuntur. Ex quibus apparet Isocratem non tam suas quam priorum sententias protulisse. Itaque nos hoc loco potissimum niti licebit ad ea quae de Antiphontis consilio diximus confirmanda. Nam Isocrates non solum publicarum sed etiam privatarum rerum communitate cives inter se sociatos esse vult. Nulla autem re concordiam et communitatem magis augeri dicit, quam si fidem inter se habentes divites bona sua egentibus utendadent neque pecuniam domi retineant. Itaque, cum communis sit rerum usus, et aliorum et suo quemque commodo prospicere. Eandem enim Isocrates statuit esse utilitatem uniuscuiusque et universorum. Quid? omnibus his rebus, quantum ex fabula quidem et ex fr. 58 intellegi potest, nonne cum Antiphonte consentit?

Ipse quoque Aristoteles de usu bonorum disputat, quem maximi momenti ad salutem rei publicae esse existimat[33]) (Pol. H 5.

[33]) cf. Poehlmann, Gesch. d. ant. Kommunismus u. Sozialismus I p. 55sq.

1320[a] 32): ἀλλὰ δεῖ τὸν ἀληθινῶς δημοτικὸν ὁρᾶν ὅπως τὸ πλῆθος μὴ λίαν ἄπορον ᾖ, τοῦτο γὰρ αἴτιον τοῦ μοχθηρὰν εἶναι τὴν δημοκρατίαν. τεχναστέον οὖν ὅπως ἂν εὐπορία γίνοιτο χρόνιος. ἐπεὶ δὲ συμφέρει τοῦτο καὶ τοῖς εὐπόροις, τὰ μὲν ἀπὸ τῶν προσόδων γινόμενα συναθροίζοντας ἀθρόα χρὴ διανέμειν τοῖς ἀπόροις, μάλιστα μὲν εἴ τις δύναται τοσοῦτον συναθροίζων ὅσον εἰς γηδίου κτῆσιν, εἰ δὲ μή, πρὸς ἀφορμὴν ἐμπορίας καὶ γεωργίας κτλ. Idem communi rerum usu fructuque effici, ut cives benevolentia inter se coniuncti essent, ratus Tarentinos imitandos proposuit: ἐκεῖνοι γὰρ κοινὰ ποιοῦντες τὰ κτήματα τοῖς ἀπόροις ἐπὶ τὴν χρῆσιν εὔνουν παρασκευάζουσι τὸ πλῆθος (Pol. H 5. 1320[b] 9). Atque etiam ea, quam Lacedaemonii inter se habebant communitatem, philosopho videbatur expetenda Pol. B 5. 1263[a] 33): ἰδίαν γὰρ ἕκαστος τὴν κτῆσιν ἔχων τὰ μὲν χρήσιμα ποιεῖ τοῖς φίλοις, τοῖς δε χρῆται κοινοῖς κτλ.. — Cf. Δ 10. 1329[b] 41: οὔτε κοινήν φαμεν δεῖν εἶναι τὴν κτῆσιν, ὥσπερ τινὲς εἰρήκασιν, ἀλλὰ τῇ χρήσει φιλικῶς γινομένῃ κοινήν, οὔτ' ἀπορεῖν οὐθένα τῶν πολιτῶν τροφῆς. — B 5. 1263[b] 5: ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ χαρίσασθαι καὶ βοηθῆσαι φίλοις ἢ ξένοις ἢ ἑτέροις ἥδιστον· ὃ γίνεται τῆς κτήσεως ἰδίας οὔσης. Sed Aristoteles, etiamsi suum cuique proprium tenendum, usum communem esse aeque atque Isocrates censet, tamen in eo et ab illo et a sophistis dissidet, quod pecuniam fenore dari et accipi vetat (cf. Pol. A 10. 1258[b]). Qua in re Platonem sequitur (cf. Leg. V 742c)[34]).

Ab utilitate autem ne Plato quidem, quamquam a iustitia proficiscitur, omnino recedit[35]). Cui, quod honestum est, idem utile videtur (cf. Rep. 339b, 345a, 445a sq.). Nam quidquid omnibus utile, idem singulis utile. Ergo saluti publicae providendum esse, qua singulorum salus contineatur: κήδοιτο δέ γ' ἂν τις μάλιστα τούτου ὃ τυγχάνοι φιλῶν . . . καὶ μὴν τοῦτό γ' ἂν μάλιστα φιλοῖ, ᾧ συμφέρειν ἡγοῖτο τὰ αὐτὰ καὶ ἑαυτῷ καὶ ἐκείνου μὲν εὖ πράττοντος οἴοιτο συμβαίνειν καὶ ἑαυτῷ εὖ πράττειν, μὴ δέ, τοὐναντίον (Rep. 412d, cf. Leg. 875a). Iam Socrati persuasum erat: τούτων (sc. τῶν τῆς πόλεως) γὰρ καλῶς ἐχόντων οὐ μόνον οἱ ἄλλοι πολῖται, ἀλλὰ καὶ οἱ σοὶ

[34]) cf. Poehlmann l. c. p. 226. 229.

[35]) cf. Zeller, D. Phil. der Griech. II 1[4] p. 605. — Poehlmann l. c. p. 381 sqq.

φίλοι καὶ αὐτὸς σὺ οὐκ ἐλάχιστα ὠφελήσῃ (Xen. Mem. III 7,9). Eandem rationem Democritus sequitur fr. 252: τὰ κατὰ τὴν πόλιν χρεὼν τῶν λοιπῶν μέγιστα ἡγεῖσθαι, ὅκως ἄξεται εὖ, μήτε φιλονικέοντα παρὰ τὸ ἐπιεικὲς μήτε ἰσχὺν ἑαυτῷ περιτιθέμενον παρὰ τὸ χρηστὸν τὸ τοῦ ξυνοῦ. πόλις γὰρ εὖ ἀγομένη μεγίστη ὄρθωσίς ἐστι, καὶ ἐν τούτῳ πάντα ἔνι, καὶ τούτου σῳζομένου πάντα σῴζεται καὶ τούτου διαφθειρομένου τὰ πάντα διαφθείρεται. Leges autem ut ad communem salutem constitutae sunt, ita uniuscuiusque commodum tuentur: (ὁ νόμος) συναρμόττων τοὺς πολίτας πειθοῖ τε καὶ ἀνάγκῃ, ποιῶν μεταδιδόναι ἀλλήλοις τῆς ὠφελίας ἣν ἂν ἕκαστοι τὸ κοινὸν δυνατοὶ ὦσιν ὠφελεῖν κτλ. (Rep. 519e). Cf. Rep. 590e: ὁ νόμος . . . πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει σύμμαχος ὤν. Similiter Democritus fr. 248: ὁ νόμος βούλεται μὲν εὐεργετεῖν βίον ἀνθρώπων· δύναται δέ, ὅταν αὐτοὶ βούλωνται πάσχειν εὖ. τοῖσι γὰρ πειθομένοισι τὴν ἰδίην ἀρετὴν ἐνδείκνυται. Neque aliter Antiphontem sensisse putabimus, quippe qui licentia nullum malum maius esse dicat, iamque pueros parere et imperata facere discere velit, ne adulti molestias habeant (fr. 61): ἀναρχίας δ' οὐδὲν κάκιον ἀνθρώποις· ταῦτα γινώσκοντες οἱ πρόσθεν ἄνθρωποι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς εἴθιζον τοὺς παῖδας ἄρχεσθαι καὶ τὸ κελευόμενον ποιεῖν, ἵνα μὴ ἐξανδρούμενοι εἰς μεγάλην μεταβολὴν ἰόντες ἐκπλήσσοιντο. Quod fragmentum ad concordiam spectare manifestum erit, si hanc Platonicam quae fertur definitionem contuleris, qua concordia in consensu ponatur eorum qui imperant et quibus imperatur (Deff. 413e): ὁμόνοια ὁμοδοξία ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων ὡς δεῖ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι[36]). Sed quamvis Plato cum illis in communi utilitate respicienda consentiat, tamen in eo multum differunt, quod hic omnia ad bonum publicum refert (Leg. 875b τὸ μὲν κοινὸν ἡγούμενον . . . . τὸ δὲ ἴδιον ἑπόμενον τῷ κοινῷ, cf. 715b), illi a sua quisque utilitate profecti communem salutem persequuntur. Item Aristoteles concordiam, quam πολιτικὴν φιλίαν existimat, περὶ τὰ συμφέροντα . . . καὶ τὰ εἰς τὸν βίον ἀνήκοντα esse dicit, qua in re communem opinionem sequitur (cf. Eth. Nicom. IX. 6. 1167[a] 26: τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασίν, ὅταν περὶ τῶν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσιν καὶ ταὐτὰ προαιρῶνται καὶ πράττωσι τὰ κοινῇ δόξαντα), sed propter iustitiam a bonis eam ex-

[36]) quae definitio sumpta est e Rep. 431 d.

peti docet: ἔστι δ' ἡ τοιαύτη ὁμόνοια ἐν τοῖς ἐπιεικέσιν· οὗτοι γὰρ ..... βούλονται . . τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα, τούτων δὲ καὶ κοινῇ ἐφίενται. τοὺς δὲ φαύλους οὐχ οἷόν τε ὁμονοεῖν πλὴν ἐπὶ μικρὸν κτλ. (Eth. Nicom. IX 6. 1167 b 4). Quae cum ita sint, parum subtiliter Poehlmannus Antiphontem et Isocratem eodem loco habet quo Platonem et Aristotelem[37]). Illi quidem si exemplar et formam perfectissimae cuiusdam finxerunt civitatis, unde tandem Poehlmannus scit sophistam idem fecisse atque rem publicam commutare et corrigere voluisse?[38]) At Antiphon non magis quam Isocrates a re publica, qua tum utebantur, recessit et mores corrigi quam leges commutari maluit. Denique Anonymus Iamblichi ab Aristotele secernendus est[39]). Is enim non rei publicae utilitati (τὸ τῆς πόλεως ὅλης συμφέρον[40]), τὸ τῷ κοινῷ λυσιτελοῦν)[41]) providet, sed populi (τὸ τῷ πλήθει συμφέρον, cf. 7,14 p. 635,10). Itaque utile et idem honestum putat, quod quam plurimis conducat. Quorum utilitati unicuique esse consulendum eamque legem tenendam, quae populo conducat: τόν τε αὖ ἀρετῆς ὀρεγόμενον τῆς συμπάσης σκεπτέον εἶναι, ἐκ τίνος ἂν λόγου ἢ ἔργου ἄριστος εἴη· τοιοῦτος δ' ἂν εἴη ὁ πλείστοις ὠφέλιμος ὤν (3,3)[42]). — πῶς γὰρ ἂν ἄλλως εἰς ἕνα μοναρχία περισταίη, εἰ μὴ τοῦ νόμου ἐξωσθέντος τοῦ τῷ πλήθει συμφέροντος; (7,14). Neque enim dubitat, quin eadem sit populi ac rei publicae utilitas. Contrariam partem sequitur ille, qui De rep. Athen. scripsit: δημοκρατίαν δ' ἐγὼ αὐτῷ μὲν τῷ δήμῳ συγγιγνώσκω· αὐτὸν γὰρ εὖ ποιεῖν παντὶ συγγνώμη ἐστίν (II 20). Ex iis autem quae attulimus apparet

37) l. c. p. 158 sq. cf. p. 140 sq. Nec Wilamowitzium satis accurate Antiphontis consilium explicasse puto: „Also in der ὁμόνοια, einem Altruismus, . . . liegt das Heil" . . (Arist. u. Athen I 174).

38) Qua in re Duemmlerum sequitur (Prolegomena z. Platons Staat, Basel. Progr. 1891 p. 28), Kleine Schriften I 182.

39) Poehlmann, l. c. p. 167. 175.

40) Arist. Pol. Γ 7. 1283 b 40. cf. 1283 b 36: ἀποροῦσι γάρ τινες, πότερον τῷ νομοθέτῃ νομοθετητέον, βουλομένῳ τίθεσθαι τοὺς ὀρθοτάτους νόμους, πρὸς τὸ τῶν βελτιόνων συμφέρον ἢ πρὸς τὸ τῶν πλειόνων κτλ.

41) Pol. Γ 7. 1279 b 9.

42) Haec sententia optime illustratur in Helvetii libro, qui inscribitur „De l'homme, de ses facultés et de son éducation" (Londres 1773), Sect. IV. cap. IX.: *La nation est le despote. Que désire-t-elle? Le bien du plus grand nombre. Par quels moyens obtient-on sa faveur? Par les services qu'on lui rend. Alors toute action conforme à l'intérêt du grand nombre est juste et vertueuse etc.*

Toepferum errare, cum Anonymi Iamblichei rationem omnino abhorrere putet ab Antiphonte[43]). Quodsi hunc communem salutem respexisse negat, aliter rem se habere satis demonstravimus. Tamen hoc interesse mihi videtur inter utrumque, quod Antiphon uniuscuiusque vitae beatae maxime studet[44]), Anonymus Iamblichi multorum saluti omnia tribuit[45]).

Neminem igitur beate vivere posse Antiphon docet nisi qui concordia vitaeque societate cum civibus coniunctus sit. Atqui concorditer vivere eum putat, qui cupiditatibus animi imperare (fr. 58) et legibus obtemperare (fr. 61) bonisque vitae recte uti fruique (fr. 54) didicerit. Ergo nulla re magis opus esse persuasum habet quam educatione: πρῶτον, οἶμαι, τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ παίδευσις κτλ. (fr. 60). Maxima autem opera erat ei, qui de concordia scripsit, temperantiae danda, de qua egit in fr. 58 et 59 sententiis arte cohaerentibus. Quae virtus quantum ad concordiam valeat, Plato ita exponit, ut dicat concordiam temperantia contineri, quae harmoniae cuidam similis per totam pateat civitatem: ὥστε ὀρθότατ' ἂν φαῖμεν ταύτην τὴν ὁμόνοιαν σωφροσύνην εἶναι, χείρονός τε καὶ ἀμείνονος κατὰ φύσιν συμφωνίαν ὁπότερον δεῖ ἄρχειν καὶ ἐν πόλει καὶ ἐν ἑνὶ ἑκάστῳ (Rep. 432 a, cf. 431 e. Phaedr. 237 e τούτω δὲ (scil. δόξα et ἐπιθυμία) ἐν ἡμῖν τοτέ μὲν ὁμονοεῖτον, ἔστι δὲ ὅτε στασιάζετον κτλ.). Eandem vero oportere in unoquoque esse atque in civitate concordiam. Nec enim concordare cum civibus nec iustum esse quemquam, cuius animus cupiditatibus ita perturbetur, ut secum ipse discordet: στάσεις γάρ που . . . ἥ γε ἀδικία καὶ μίση καὶ μάχας ἐν ἀλλήλοις παρέχει, ἡ δὲ δικαιοσύνη ὁμόνοιαν καὶ φιλίαν (Rep. 351 d.). — Καὶ ἐν ἑνὶ δὴ οἶμαι ἐνοῦσα (sc. ἡ ἀδικία) ταὐτὰ ταῦτα ποιήσει ἅπερ πέφυκεν ἐργάζεσθαι· πρῶτον μὲν ἀδύνατον αὐτὸν πράττειν ποιήσει στασιάζοντα καὶ οὐχ ὁμονοοῦντα αὐτὸν ἑαυτῷ, ἔπειτα ἐχθρὸν καὶ ἑαυτῷ καὶ τοῖς δικαίοις (Rep. 352 a). Itaque iustitiam sic definiunt: δικαιοσύνη ὁμόνοια τῆς ψυχῆς πρὸς αὑτήν,

43) l. c. p. 47.

44) cf. ea quae de fr. 54 et 58 diximus et de reliquis exponemus.

45) Conferas Benthami rationem, qui summum bonum posuit in maxima quam plurimorum felicitate (*in the greatest happiness of the greatest number*). Cf. Ueberweg l. c. p. 524. Poehlm. l. c. p. 370. 467.

καὶ εὐταξία τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν πρὸς ἄλληλά τε καὶ περὶ ἄλληλα κτλ. (Deff. 411d). Iam supra vidimus (cf. fr. 61) Antiphontem monere, ut pueri imperata facere consuescant, ἵνα μὴ ἐξανδρούμενοι εἰς μεγάλην μεταβολὴν ἰόντες ἐκπλήσσοιντο. Etenim qui legibus obtemperare non didicit, et a se ipse dissidet et cum civibus discordat. Iustus autem homo et moderatus tranquillo animo vivit, cf. Democr. fr. 4 ἀθαμβίη (ἀκαταπληξία Nausiph.). Hanc igitur vim animi secum concordantis Antiphontem ipsum quoque concordiae subiecisse suspicor[46]). Cuius rei confirmandae causa haec etiam afferam argumenta. Nam Aristoteles concordiam nisi inter bonos (ἐπιεικεῖς) esse non posse docet: οὗτοι γὰρ καὶ ἑαυτοῖς ὁμονοοῦσι καὶ ἀλλήλοις, ἐπὶ τῶν αὐτῶν ὄντες ὡς εἰπεῖν· τῶν τοιούτων γὰρ μένει τὰ βουλήματα καὶ οὐ μεταρρεῖ ὥσπερ εὔριπος κτλ. (Eth. Nicom. IX 6. 1167 b). Dicit igitur ille quidem concordiam animi constantiam quandam esse et aequitatem, qua efficiatur, ut eadem sit semper voluntas nec modo rationi modo voluptati animus obsequatur. Simillimam concordiae descriptionem ex Iamblichi epistula περὶ ὁμονοίας servavit Stobaeus (II 33, 15. Vorsok.[2] II 1. 80 B 44a, p. 597, 27): ἔτι δὲ περιέχει (sc. ἡ ὁμόνοια) καὶ τὴν ἑνὸς ἑκάστου πρὸς ἑαυτὸν ὁμογνωμοσύνην· ὑφ' ἑνὸς μὲν γάρ τις νοήματος καὶ μιᾶς γνώμης κυβερνώμενος ὁμονοεῖ πρὸς ἑαυτόν, διχογνωμονῶν δὲ πρὸς ἑαυτὸν καὶ ἀνόμοια λογιζόμενος διαστασιάζει· καὶ ὁ μὲν ἐπὶ τῆς ἀεὶ αὐτῆς ἐπιμένων διανοήσεως ὁμοφροσύνης ἐστὶ πλήρης· ὁ δὲ ἄστατος τοῖς λογισμοῖς καὶ ἄλλοτε ὑπ' ἄλλης δόξης φερόμενος ἀστάθμητός ἐστι καὶ πολέμιος πρὸς ἑαυτόν. Hunc ipsum animi habitum, quo ὁμόνοια τῆς ψυχῆς πρὸς ἑαυτήν definitur, Democritus εὐθυμίαν et εὐεστώ et ἁρμονίαν appellat. Qui non solum sententiis sed etiam verbis cum Iamblicho paene consonat, cum de animis secum discordantibus haec dicit (fr. 191): ἀνθρώποισι γὰρ εὐθυμίη γίνεται μετριότητι τέρψιος καὶ βίου συμμετρίῃ· τὰ δ' ἐλλείποντα καὶ ὑπερβάλλοντα μεταπίπτειν τε φιλεῖ καὶ μεγάλας κινήσιας ἐμποιεῖν τῇ ψυχῇ. αἱ δ' ἐκ μεγάλων διαστημάτων κινούμεναι τῶν ψυχέων οὔτε εὐσταθέες εἰσὶν οὔτε εὔθυμοι κτλ. Item inimicum sibi ipsum fieri

46) Toepferum hoc quidem recte intellexisse puto (l. c. p. 46), sed in eo erravit, quod Antiphontis ὁμόνοιαν hac sola notione definivit.

putat, qui animi perturbationibus concitetur: ὁ φθονέων ἑωυτὸν ὡς ἐχθρὸν λυπέει (fr. 88). — ὁ μὲν εὔθυμος εἰς ἔργα αἰεὶ φερόμενος δίκαια καὶ νόμιμα καὶ ὕπαρ καὶ ὄναρ χαίρει τε καὶ ἔρρωται καὶ ἀνακηδής ἐστιν· ὃς δ' ἂν καὶ δίκης ἀλογῇ καὶ τὰ χρὴ ἐόντα μὴ ἔρδῃ, τούτῳ πάντα τὰ τοιαῦτα ἀτερπείη, ὅταν τευ ἀναμνησθῇ, καὶ δέδοικε καὶ ἑωυτὸν κακίζει (fr. 174). Itaque verisimile fit Iamblichum, ut solebat, auctorem quendam saeculi quinti a. Ch. n. aut ipsum aut per alium compilasse. Quod si negas, at hoc certe concedes fieri potuisse, ut iam illa aetate philosophus quidam, qui idem fere atque Democritus sentiret, concordiam ad ipsum animum referret. Hoc autem vel inde apparet, quod Plato hac altera concordiae vi non ita utitur, ut ab eo primo inducta esse videatur. Eundem dicere hominem improbum secum discordare et sibi ipsum et aliis inimicum esse supra commemoravimus (Rep. 352a). Alio loco ἀδικίαν dicit στάσιν esse, ταραχὴν καὶ πλάνην (Rep. 444b). Quocum consentit Epicurus: ὁ δίκαιος ἀταρακτότατος, ὁ δ' ἄδικος πλείστης ταραχῆς γέμων (Sent. sel. 17 Us. p. 78, cf. fr. 519). Errat autem Usenerus in eo, quod Platonis Reip. p. 352a, quem locum supra apposui, in primo Ciceronis libro de finibus 13,44 et 18,58 expressum esse arbitratur[47]). Nec inductio ea, quae ad medici artemque gubernatoris pertinet (de fin. I 13,42), sumpta est ex Platonis Rep. I 15. 341c—342e[48]). Immo vero Epicurus, ubi cum Platone congruit, eisdem usus est prioris aetatis auctoribus. Nam quae illi praeclare cogitata libris mandaverant, ex hoc communi fonte vel maximi hauserunt posterioris saeculi philosophi. Apponam igitur illos Ciceronis locos, unde intellegas, quae ratio intercedat inter discordiam civitatis seditiosae et animum secum discordantem: *Cupiditates enim sunt insatiabiles, quae non modo singulos homines, sed universas familias evertunt, totam etiam labefactant saepe rem publicam. Ex cupiditatibus odia discidia discordiae seditiones bella nascuntur, nec eae se foris solum iactant nec tantum in alios caeco impetu incurrunt, sed intus etiam in animis inclusae inter se dissident atque discordant, ex quo vitam amarissimam necesse est effici* etc. (13, 43). Paulo post haec addit: *Clamat Epicurus . . . . non*

47) Epicurea p. 272 ad v. 15 sq. et 268 ad v. 1 sq.
48) l. c. p. 267.

posse iucunde vivi, nisi sapienter honeste iusteque vivatur, nec sapienter honeste iuste, nisi iucunde. Neque enim civitas in seditione beata esse potest nec in discordia dominorum domus; quo minus animus a se ipse dissidens secumque discordans gustare partem ullam liquidae voluptatis et liberae potest (18, 57 sq.). Eadem ratione et apud Platonem et apud Iamblichum concordia cum civitatem et familiam tum uniuscuiusque animum continet (cf. Rep. 432 a, Vorsok. l. c. p. 597, 23). Temperantiam Epicurei propterea expetendam esse dicunt, *quia pacem animis afferat et eos quasi concordia quadam placet ac leniat. Temperantia est enim, quae, in rebus aut expetendis aut fugiendis ut rationem sequamur, monet* (cf. Antiphontis fr. 58). *Nec enim satis est iudicare, quid faciendum non faciendumve sit, sed stare etiam oportet in eo, quod sit iudicatum* (cf. 18,61 *intemperantes et ignavi, numquam in sententia permanentes*). *Plerique autem, quod tenere atque servare id, quod ipsi statuerunt, non possunt, victi et debilitati obiecta specie voluptatis tradunt se libidinibus constringendos* etc. (14, 47). Cum his velim conferas quae Aristoteles de constantia animi secum concordantis et de iis, qui pugnantibus et contrariis studiis consiliisque utuntur, similiter atque Iamblichus in illa epistula exposuit. Nec vero ea quae sequuntur praetermittam, quod Antiphon intemperantiam fugiendam esse iisdem fere argumentis in fr. 58 docet: *nec quid eventurum sit provident ob eamque causam propter voluptatem et parvam et non necessariam . . . . tum in damna, tum in dedecora incurrunt* etc. Atque eadem est Lucreti ratio, quae Antiphontis in fr. 58: ἃ δ' ἐδόκουν τοῖς πέλας ποιήσειν, παθόντες ταῦτα ἀνεφάνησαν αὐτοί: *circumretit enim vis atque iniuria quemque, atque unde exortast, ad eum plerumque revertit, nec facilest placidam ac pacatam degere vitam qui violat factis communia foedera pacis* (V 1152 sqq).

Hanc igitur tam diversorum inter se philosophorum in tali re convenientiam si quis accurate examinaverit, dubitare non poterit, quin locis communibus utantur, quos a prioribus acceperint[49]).

[49]) Accedit, quod et Plato et Epicurus eandem rationem, quam inter civitatem et animum statuebant, ad corporis facultates rettulerunt. Atqui hanc rationem iam apud veteres quosdam invenimus physicos, ut Alcmaeon docuit τῆς μὲν ὑγιείας εἶναι συνεκτικὴν τὴν ἰσονομίαν τῶν δυνάμεων . . ., τὴν δ' ἐν αὐτοῖς μοναρχίαν νόσου ποιητικήν (Vorsok.[2] I 14 B 4 p. 104,4). Sic Plato similitudine rei publicae utitur, ut et corporis et animi valetudinem describat (Rep. 444 d, cf. quae Eryximachus exponit in Symp. 186 e). Nam virtutem bonam animi valetudinem, quae concordia partium contineatur, improbitatem morbum esse, quae ex discordia partium oriatur, docet Rep. 444 b sq. 352 a. Item Epicurus, si corporis morbis vitae iucunditas impediatur, eo magis animi morbis eam impediri, animi autem morbos cupiditates esse dicit, quae in animis inclusae inter se discordent (cf. Cic. de fin. I 18,59. 13,44).

Quodsi vetus est illa concordiae a civitate ad animi partes translatio, iam nihil impedit, quominus eadem sit Antiphon usus. Atque id reliqua — quae nunc summatim attingemus, postea accuratius explicabimus — ipsa indicant fragmenta, e quibus apparebit sophistam similem quandam secutum esse rationem atque Democritum.

In fr. 49 vitae molestias, coniugii incommoda enumerat. Quaecumque mala inveniri possunt, quasi ad accusandam vitam eum protulisse, nescio an ex fr. 51 conicere liceat: εὐκατηγόρητος πᾶς ὁ βίος, ⟨καὶ ὁ⟩ θαυμαστῶς ὡς[50]) μακάριος, καὶ οὐδὲν ἔχων[50a]) περιττὸν οὐδὲ μέγα καὶ σεμνόν, ἀλλὰ πάντα σμικρὰ καὶ ἀσθενῆ καὶ ὀλιγοχρόνια καὶ ἀναμεμειγμένα λύπαις μεγάλαις. Nec vero ad artem quandam consolatoriam (τέχνην ἀλυπίας), ut Bureschius voluit[51]), haec fragmenta sunt referenda. Nam satis incerta traditur huius libri memoria[52]), quem omnino ignorant Hermogenes[53]) et Philostratus. Quorum de Antiphontis dicendi genere iudicia ad libros Περὶ ἀληθείας et Περὶ ὁμονοίας pertinent. Atque id ipsum, quod proprium esse libri Περὶ ὁμονοίας Philostratus dicit, in haec cadit fragmenta: σοφιστικώτατος δὲ ὁ Ὑπὲρ τῆς ὁμονοίας (sc. λόγος), ἐν ᾧ γνωμολογίαι τε λαμπραὶ καὶ φιλόσοφοι σεμνή τε ἀπαγγελία καὶ ἐπηνθισμένη ποιητικοῖς ὀνόμασι κτλ.[54]). Sed de orationis granditate postea. Quid autem Antiphon hominibus in hac tanta rerum humanarum fragilitate et infirmitate faciendum esse putat, ut quantum fieri possit beate vivant? Duemmlerus eum miseriis vitae adduc-

[50]) Dielesius: ὡς [μακάριε] Blassius, θαυμαστῶς ὦ μακάριε codd.

[50 a]) ἔχει coniecit Wilamowitzius.

[51]) l. c. p. 83.

[52]) [Plut.] Vit. X orat. 1 p. 833 c. Vorsok. 80 A 6 (590,21).

[53]) Hermog. de ideis II 11,7. 9. Vorsok. 80 A 2 (587,20).

[54]) V. Soph. I 15,4. Vorsok. 80 B 44 a (597,19).

tum esse existimat, ut idem atque Callicles sentiret[55]), cui eum qui nulla alterius ratione habita totum se dederit voluptatibus, beatissime vivere placeat. Quin etiam ad hunc describendum Antiphontis exemplo Platonem usum esse vir doctus arbitratur[56]). Quod quam male sit iudicatum, ex fr. 54. 58-61 intellegitur, de quibus supra disputavimus. Neque repugnant fr. 50 et 53, quae adiungenda sunt ad fr. 50, cuius fides lemmate praestatur. Nam haec fere Antiphon dicit. Brevis est vita stationis similis (fr. 50). Neque cum semel vitam imprudenter institueris, errorem corrigere poteris, quandoquidem non bis vivis (fr. 52). Propterea ii stulte faciunt, qui hac tam brevi vivendi occasione non recte utuntur: εἰσί τινες οἳ τὸν παρόντα μὲν βίον οὐ ζῶσιν, ἀλλὰ παρασκευάζονται πολλῇ σπουδῇ ὡς ἕτερόν τινα βίον βιωσόμενοι, οὐ τὸν παρόντα· καὶ ἐν τούτῳ παραλειπόμενος ὁ χρόνος οἴχεται (fr. 53a). Cuius fragmenti sensum, quem nonnulli male intellexerunt[57]), non melius quam Egmonti Goethiani verbis illustrare possum: *Leb ich nur, um aufs Leben zu denken? Soll ich den gegenwärtigen Augenblick nicht genießen, damit ich des folgenden gewiß sei? Und diesen wieder mit Sorgen und Grillen verzehren?* Sauppius Plauti illud contulit: *Certa mittimus, dum incerta petimus. atque hoc evenit In labore atque in dolore, ut mors obrepat interim* (Pseud. 685 sq.). Quam sententiam ex Epicureo fonte fluxisse intelleges, si Ciceronis de fin. I 48, 60 contuleris: *praesentibus non fruuntur, futura modo exspectant, quae quia certa esse non possunt, conficiuntur et angore et metu maximeque cruciantur* etc. Similiter Epic. fr. 493 Us.: *molestum est semper vitam incohare, male vivunt qui semper vivere incipiunt, quia semper illis imperfecta vita est.* Eodem vero Democritus spectat (fr. 202): ἀνοήμονες τῶν ἀπεόντων ὀρέγονται, τὰ δὲ παρεόντα καίπερ τῶν παρῳχημένων κερδαλεώτερα ἐόντα ἀμαλδύνουσιν (cf. fr. 224). Sunt enim imprimis avari qui ita agunt, ut Democritus in fr. 227 dicit: οἱ φειδωλοὶ τὸν τῆς μελίσσης οἶτον ἔχουσιν ἐργαζόμενοι ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι. Atque eos ipsos Antiphon notat, qui insatiabili divitias coacervandi cupiditate ducti iis quae possideant, numquam contenti sint, sed maiora possidere semper cupiant, quibus quasi in altera vita frui velint. Itaque fieri — sic enim concludendum est ei —, ut molestias ac sollicitudines sibi parantes vera bonis sapienter utendi voluptate careant: οἱ δὲ ἐργαζόμενοι μὲν καὶ φειδόμενοι καὶ ταλαιπωροῦντες καὶ προστιθέντες (more apium, cf. Dem. fr. 227) ἥδονται οἷα δή τις ἂν εἰκάσειεν ἥδεσθαι. ἀφαιροῦντες δὲ καὶ χρώμενοι ἀλγοῦσιν ὥσπερ ἀπὸ τῶν σαρκῶν ἀφαιρούμενοι (fr. 53). Quid? ex iis, quae contulimus, nonne satis apparet nullius sententiis Antiphontem propius accedere quam Democriti? Is enim etsi vitae bonis fruendum esse statuit (fr. 200 ἀνοήμονες βιοῦσιν οὐ τερπόμενοι βιοτῇ), tamen cum omnia caduca et infirma esse cum Antiphonte (cf. fr. 51) consentiat, nihilo magis quam ille voluptatibus indulgendum, sed potius cupiditates coercendas esse censet, ut paucis contentus tranquillo animo vivas: γινώσκειν χρεὼν ἀνθρωπίνην βιοτὴν ἀφαυρήν τε ἐοῦσαν καὶ ὀλιγοχρόνιον, πολλῇσι δὲ κηρσὶ συμπεφυρμένην καὶ ἀμηχανίῃσιν, ὅκως ἄν τις μετρίης τε κτήσιος ἐπιμέληται καὶ ἀμέτρητα ἐπὶ τοῖς ἀναγκαίοισι ταλαιπωρέῃ (fr. 285). Uterque neminem magis laudat quam qui vincere se ipsum possit (Ant. fr. 58): σωφροσύνην δὲ ἀνδρὸς οὐκ ἂν ἄλλος ὀρθότερόν τις κρίνειεν, ἢ ὅστις τοῦ θυμοῦ ταῖς παραχρῆμα ἡδοναῖς ἐμφράσσει αὐτὸς ἑαυτὸν κρατεῖν τε καὶ νικᾶν ἠδυνήθη αὐτὸς ἑαυτόν. Cf. Democr. fr. 214. 236. At Duemmlerus Xenophontis testimonio nititur[58]), qui Socratem, cum Antiphon ex eo quaesiverit, cur pecuniam accipere recusans tam misere viveret, respondisse narrat: ἔοικας, ὦ Ἀντιφῶν, τὴν εὐδαιμονίαν οἰομένῳ τρυφὴν καὶ πολυτέλειαν εἶναι· ἐγὼ δὲ νομίζω τὸ μὲν μηδενὸς δεῖσθαι θεῖον εἶναι κτλ. (Mem. I 6, 10. Vorsok. 80 A 3). Est ergo demonstratum Antiphontem Cynicos non esse secutum! Neque enim alius hoc loco se offert Socrates nisi Cynicus, quippe qui sophistae luxuriam opprobret, quod paupertatem non laudet[59]). Concedo Antiphontem pecuniam non contempsisse (cf. Mem. I 6, 3). Nec Democritus

[55]) Academica p. 81. Similiter Boeckhius Prodicum voluptati oboedivisse insimulavit, quo crimine sophistam pulcherrime expediit Welckerus (cf. Kl. Schr. II 513).

[56]) l. c. p. 79 sqq.

[57]) Duemmlerus l. c. p. 80. Antiphontem hoc fragmento ad Prodicum spectare dicit p. 172. Sed recte iam Heinzium (Comment. ad Lucr. III 956) nunc video interpretatum esse.

[58]) l. c. p. 81 sq.

[59]) hoc recte ipse Duemmlerus l. c. p. 81.

opes ad beate vivendum nihil valere putat (cf. fr. 77. 78). Est igitur consentaneum Antiphontem refellere illam quam praedicant Cynici ἀπάθειαν et ἠρεμίαν (cf. Zeller l. c. II 1^4, 312. 326). Persuasum enim habet vere honestum se non praebere, qui ab omnibus cupiditatibus ac vitiorum inlecebris remotus ne in periculum quidem veniat, ne iis vincatur, sed qui cupiditatibus superior exstiterit (fr. 59): ὅστις δὲ τῶν αἰσχρῶν ἢ τῶν κακῶν μήτε ἐπεθύμησε μήτε ἥψατο, οὐκ ἔστι σώφρων· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅτου[60]) κρατήσας αὐτὸς ἑαυτὸν κόσμιον παρέχεται. Cf. Eurip. fr. 806 οἱ πεῖραν οὐ δεδωκότες μᾶλλον δοκοῦντες ἢ πεφυκότες σοφοί. Totum igitur se homo vitae dare bonisque eius recte uti debet. Nec vero id potest nisi audendo atque agendo, rei publicae operam navando (cf. Mem. I 6, 11). Quare in eos invehitur, qui timidis et ignavis animis labores suscipere veriti semper haesitant: 'A. ἐν τῷ Περὶ τῆς ὁμονοίας· 'ὀκνεῖν ἵνα οὐδὲν ἔργον ὀκνεῖν' (fr. 55). Eosdem vituperat fr. 57: νόσος δειλοῖσιν ἑορτή· οὐ γὰρ ἐκπορεύονται ἐπὶ πρᾶξιν. Cf. Xen. Mem. III 7, 2: εἰ δέ τις . . δυνατὸς ὢν τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων ἐπιμελόμενος τήν τε πόλιν αὔξειν καὶ αὐτὸς διὰ τοῦτο τιμᾶσθαι, ὀκνοίη δὴ τοῦτο πράττειν, οὐκ ἂν εἰκότως δειλὸς νομίζοιτο; Thucydides hominem vere Atheniensem dicit navum et industrium esse καὶ μήτε ἑορτὴν ἄλλο τι ἡγεῖσθαι ἢ τὸ τὰ δέοντα πρᾶξαι ξυμφοράν τε οὐχ ἧσσον ἡσυχίαν ἀπράγμονα ἢ ἀσχολίαν ἐπίπονον (I 70, 8). Huc quamvis non pro certo referri potest fr. 56, quo eos Antiphon reprehendit, qui inanibus verbis se iactant, a rebus gerendis abhorrent: κακὸς δ' ἂν ⟨εἴη⟩, εἰ ἐπ' ἀποῦσι μὲν καὶ μέλλουσι τοῖς κινδύνοις τῇ γλώττῃ θρασύνεται καὶ τῷ θέλειν ἐπείγει, τὸ δ' ἔργον ἂν παρῇ, ὀκνεῖ. Cf. Democr. fr. 82. De hac enim re Antiphontem disseruisse ex initio fr. 58 intellegitur, quo ignaviam ita tamen probat, si de iniuria alteri inferenda agatur[61]). Hic quaerat quispiam, quid hoc ad ὁμόνοιαν? At sunt ignavi tales, qui nunquam in sententia permanentes sibi

[60]) ὅπου Sauppius, Blassius, sed ὅτου servandum, cf. Pl. Symp. 196b σωφροσύνη τὸ κρατεῖν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν. Sic distinguendum est: αὐτὸς ἑαυτὸν κόσμιον παρέχεται. Cupiditatibus vincendis homo ipse se moderatum praestat, cf. fr. 58 ταῖς ἡδοναῖς ἐμφράσσει αὐτὸς ἑαυτόν. Cf. Grillparzer, Jüdin v. Tol. I 2: *Besiegter Fehl ist all des Menschen Tugend, Und wo kein Kampf, da ist auch keine Macht.*

[61]) cf. Wilam., Arist. u. Athen. I 173.

ipsi aliisque molestias parent. Ad amicitiam pertinent fr. 62. 64a. b, quibus ut cauti et prudentes simus in amicis eligendis monet. Veram autem amicitiam plurimum posse ad vitam beatam quis ei visum esse miretur, qui summum bonum in concordia posuerit? Qua de re omnes philosophi consentiunt, sive amicitiam concordia contineri ut Plato (cf. Alcib. 12b sq. Deff. 413a), sive concordiam in amicitia positam putant ut Aristoteles (cf. Eth. Nicom. VIII 1. IX 6).

II.

Exposita igitur Antiphontis ratione quoniam ampliora fragmenta ad librum Περὶ ὁμονοίας pertinere, quantum in hac quidem re potest, probavimus neque quicquam repugnare demonstravimus, quo permoveamur, ut nonnulla alii sophistae libro attribuamus, nunc etiam singula persequemur et minuta, quae adhuc praetermisimus. In fr. 45—47 Duemmlerus[62]), cui Poehlmannus assentitur, Antiphontem Σκιάποδας, Μακροκεφάλους, ὑπὸ γῆν οἰκοῦντας ideo commemorasse dicit, ut eorum exemplis, quae de optima re publica sibi finxisset, perfici posse probaret. Quid? ad eam vitam, quam subterranei degerent, cives redire voluit? Duemmlerus et bonorum et mulierum communionem Antiphontem Platone priorem expetisse suspicatur[63]). At longe aliam rationem eum secutum esse vidimus, qui a Cynicorum grege rerum naturae veritatem imitantium vehementer abhorreat. Cur autem barbaros illos induxit? Constat eorum exemplis sophistas usos esse, ut primam hominum vitam describerent, quam plerique immanem et incultam fuisse docuerunt. Ut Protagoras περὶ τῆς ἐν ἀρχῇ καταστάσεως scripsisse traditur (Vorsok.^{2} II 1, 74A 1 p. 527,1), unde sumpta esse videntur, quae Plato eum de hac re facit dicentem (Protag. 320c sqq.)[64]). Item Euripides laudat, ὅς ἡμῖν βίοτον ἐκ πεφυρμένου καὶ θηριώδους θεῶν διεσταθμήσατο (Suppl. 201 sq.) Similiter Critias (fr. 25): ἦν χρόνος, ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος καὶ θηριώδης ἰσχύος θ' ὑπηρέτης κτλ. Itaque verisimile est Antiphontem ad bar-

[62]) Prolegomena z. Plat. Staat (p. 46), Kl. Schr. I 206. — Poehlm. l. c. p. 118 adn. 1.

[63]) l. c. p. 219 (56).

[64]) cf. Gomperz l. c. p. 313. — Vorsok.^{2} II 1, 74 C 1.

baros recurrisse, ut feram ac miseram hominum vitam exponeret, qui ab humano cultu civilique abessent. Erat enim eius, qui ad concordiam spectaret, ostendere homines ad bene vivendum societate inter se atque communitate carere non posse[65]). Nescio an idem de hac re quod Anonymus Iamblichi senserit (l. c. 6,1): ἔφυσαν μὲν οἱ ἄνθρωποι ἀδύνατοι καθ' ἕνα ζῆν, συνῆλθον δὲ πρὸς ἀλλήλους τῇ ἀνάγκῃ εἴκοντες κτλ. Ceterum respicienda sunt ea, quae Sauppius de fr. 45 et 46 subtiliter coniecit[66]).

In fr. 49 vitae humanae labores gaudia dolores sophista contemplatur. Qua in re ab infantia eum exorsum esse Sauppius ex primis verbis collegit[67]): φέρε δή, προελθέτω ὁ βίος εἰς τὸ πρόσθεν καὶ γάμων καὶ γυναικὸς ἐπιθυμησάτω, h. e.: age vero, vitam aetate progredi et coniugem cupere fingamus[68]). At Wilamowitzius et Nordenus προελθέτω proprie dictum esse arbitrati Antiphontem vitae personam tamquam in scaenam procedentem fingere asseverant[69]). Nimirum multis hoc placebit. At si persona procedit, agere eam vel dicere oportet, ut Leges in Platonis Critone, Bona apud Crantorem (Sextus adv. math. XI 51). Sed hoc loco vita nihil agit, nihil dicit. Immo ipse orator statim pergit de summo vitae momento in utramque partem disputare: αὕτη ἡ ἡμέρα κτλ., cf. infra: φέρε δή, μὴ τὰ παλίγκοτα λέγωμεν κτλ. — ἐγὼ γάρ, εἴ μοι γένοιτο κτλ. Quare Sauppii interpretationem tenebimus (cf. Pl. Leg. 682a εἰς δὴ τὸ πρόσθεν προέλθωμεν ἔτι τοῦ νῦν ἐπελθόντος ἡμῖν μύθου). Quod autem vitae quasi personae tribuitur, quod hominum est, hanc figuram postea usitatam primum ab Antiphonte et Euripide Med. 194, Hipp. 382) usurpari Wilamowitzius demonstravit (l. c.). — Ventum est ad locum summi momenti. Qualem uxorem duxeris, tali fortuna uteris. Si res male evenerit, maxima erunt incom-

65) cf. Wilamowitz l. c.

66) l. c. p. 521.

67) l. c. p. 523.

68) Imperativo III. pers. aliquid ponitur.

69) Wilam. Herm. XV 515: „Läßt doch der Sophist Antiphon diese Person selbst auftreten und Rede stehn.“ — Norden, Ant. Kstpr. I 72,2. 129,1. Traditum est προσελθέτω, quod Sauppius correxit. Scilicet ubi memoria est ita corrupta, ut in his fragmentis et in hac propter compendium ambigua praepositione, una littera nihil fere valet.

moda[70]). Difficile divortium: χαλεπαὶ μὲν ἐκπομπαί, τοὺς φίλους ἐχθροὺς ποιῆσαι, ἴσα φρονοῦντας ἴσα πνέοντας, ἀξιώσαντα καὶ ἀξιωθέντα. Nescio an haec verba admodum distorta ita sint interpretanda, ut primum nomine φίλους mulieris non solum amicos, ut Jacobsius voluit, sed etiam affines significari, deinde ἀξιώσαντα καὶ ἀξιωθέντα in ἐξώσαντα καὶ ἐξωσθέντα cum Iacobsio mutanda esse dicas, ex quo haec fere sententia efficiatur: ‘difficile divortium[71]), affines cum uxore conspirantes ex amicis in inimicos mutare, cum illa domo eiecta ipse quoque ex illorum domibus eiectus sis’[71a]). Est enim metuendum, ne divortio cum uxore facto graves totius eius gentis inimicitias suscipias. Similiter in Terenti exemplo, quo ad Hec. 211 utebatur, affines erant φίλοι appellati, quos inimicos factos esse senex ille dolet: *tum autem ex amicis inimici ut sint nobis affines facis*. Fortasse in hac interpretatione aliquis reprehendet, quod verba ἴσα φρονοῦντας ἴσα πνέοντας ad mulieris affines referuntur, quae potius in coniuges concordia et amore coniunctos cadere videantur. At illi quidem inter se discordant! Haec ipsa est causa divortii! Quid ergo? Dielesius in prima editione verbum ζῆν post πνέοντας

70) Traditum est εἰ γὰρ τύχοι μὴ ἐπιτηδεία γενομένη, in quo per se nihil est vituperandum. Nam similiter Democritus et Herodotus ἐπιτήδειος de filio utuntur, qui patri commodus est (cf. Dem. fr. 277. Herod. III 52. IX 37). Sed γυνὴ subiectum longius remotum est, quam ut inde petatur. Propterea Sauppius scripsit ἡ γαμουμένη, Meinekius ἡ ἀγομένη, quod utrumque non placet. Nam γίγνεσθαι hoc loco optime dictum est, cum de rerum eventu agatur. Fortasse e γάμος subiectum aliquis sumendum esse arbitratus e. g. afferet Ar. Plut. 502: πολλοὶ πλουτοῦσι ... ἀδίκως αὐτὰ ξυλλεξάμενοι. Pl. Phaed. 58b πλοῖον ... αὐτούς. At χρήματα e πλουτοῦσι, πλέοντας e πλοῖον sumere tam durum non est quam γυνή e γάμος. Accedit autem, quod Ant. infra neutr. plur. τὰ ἐπιτηδειότατα dicit, ubi res secundas opponit rebus adversis (τὰ παλίγκοτα). Etenim solet eadem verba ac formas servare ac repetere, qua de re infra dicemus. Propterea verisimile est eum primo loco scripsisse ἐπιτήδεια γενόμενα, quod Blassius restituit. Idem Dielesius in I. edit. recepit, in altera codices secutus est. Wilamowitzius se emendasse sperat εἰ γὰρ τύχοι μὴ ἐπιτηδείαν ἀγόμενος (cf. Eur. Androm. 206).

71) De asyndeto in III. cap. dicemus.

71a) De affinibus hoc loco agi Wilamowitzio ipsi quoque persuasum est qui, cum haec scripsissem, se omnia sana esse credere adnotavit et Eur. Hipp. 634 sqq. conferri iussit. Itaque ἀξιωσ. κ. ἀξιωθ. ad affines refert, quos dignos habuerit maritus (nempe affinitate) dignusque ab iis habitus sit.

interposuit[72]). Quem si sequeris, hunc fere sensum ei loco subicies: 'difficile est divortium, coniugem inimicam facere, cum eam dignaveris et ab illa dignatus sis coniunctissima concordia vivere.' Nam φίλοι, cui contrarium ἐχθροί, apud eum, qui poetico sermone utatur, uxor esse potest (cf. Aesch. Ag. 1236 Ἄρη φίλοις πνέουσαν i. e. marito), quae quamvis invisa sit marito, tamen ipsa non inimica, quae fiet divortio. Dubito an haereat aliquid suspecti. Sed pergamus. Etiam si felicissime evenerit, miserias non deesse affirmat. Gaudiis enim semper finitimos esse dolores: ἐν τῷ αὐτῷ δέ γε τούτῳ, ἔνθα τὸ ἡδύ, ἔνεστι πλησίον που καὶ τὸ λυπηρόν· αἱ γὰρ ἡδοναὶ οὐκ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἐμπορεύονται, ἀλλ' ἀκολουθοῦσιν αὐταῖς λῦπαι καὶ πόνοι. Contraria inter se coniuncta esse docuit Heraclitus (cf. fr. 111). Ab eo repetuntur, quae Socrates apud Platonem similiter atque Antiphon de voluptate et dolore exponit (Phaed. 60b sq.): ὡς θαυμασίως πέφυκε (sc. τὸ ἡδύ) πρὸς τὸ δοκοῦν ἐναντίον εἶναι, τὸ λυπηρόν κτλ. ᾧ ἂν τὸ ἕτερον παραγένηται, ἐπακολουθεῖ ὕστερον καὶ τὸ ἕτερον. Hoc quidem ad omnem vitam pertinere Antiphon exemplis demonstrat. Neque enim ullam voluptatem aut virtutem homines sine magnis laboribus ac molestiis adipisci: τιμαὶ γὰρ καὶ ἆθλα, δελέατα ἃ ὁ θεὸς ἔδωκεν ἀνθρώποις, μεγάλων πόνων καὶ ἱδρώτων εἰς ἀνάγκας καθιστᾶσιν. Sententia ab Hesiodo pendet, cuius verba (Op. 289 sq.): τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν, quam vera essent, cum et poetae et philosophi intellegerent, saepe ad ea recurrebant. Notum est Epicharmi illud (fr. 36): τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγάθ' οἱ θεοί. Ab eodem Hesiodi loco profectus Prodicus de virtute disseruit, cum Herculis exemplo usus illam fabulam narraret. Cf. Xen. Mem. II 1,28: τῶν γὰρ ὄντων ἀγαθῶν καὶ καλῶν οὐδὲν ἄνευ πόνου καὶ ἐπιμελείας οἱ θεοὶ διδόασιν ἀνθρώποις . . . . . εἰ δὲ καὶ τῷ σώματι βούλει δυνατὸς εἶναι, τῇ γνώμῃ ὑπηρετεῖν ἐθιστέον τὸ σῶμα καὶ γυμναστέον σὺν πόνοις καὶ ἱδρῶτι. Velim animadvertas Antiphontem non deos dicere, sed deum. Item in fr. 54: ὅταν γὰρ ὁ θεὸς μὴ παντελῶς βούληται ἀγαθὰ διδόναι ἀνδρί κτλ. De deo autem quid senserit, ex fr. 10 libri Ἀληθείας intellegitur: διὰ τοῦτο οὐδενὸς δεῖται οὐδὲ προσδέχεται οὐδενός τι, ἀλλ' ἄπειρος καὶ ἀδέητος. Deos

[72]) In altera edit. codicum lectionem servavit, φίλους ad coniuges rettulit.

igitur, quos vulgus credit, Antiphon non credit. Nimirum Xenophanem sequitur pariter atque Euripides (Herc. 1345): δεῖται γὰρ ὁ θεός, εἴπερ ἔστ' ὀρθῶς θεός, οὐδενός[73]). — Labores, etsi per se molesti sint, Democritus dulces fieri putat spe boni eventus (fr.243)[74]). Idcirco Antiphon honores et praemia tamquam inlecebras esse dicit, quibus permoveamur, ut labores ac sudores subeamus. Tanta autem esse coniugii incommoda, ut si susciperet vitam se perferre non posse confiteatur. Uxori enim, quam diligat, marito providendum quasi alteri corpori, alteri animae. Duplices igitur curae, duplices sollicitudines. Iam vero liberis natis aerumnarum omnia plena, corporis vigor iuventaque evanescunt. Haec fere Antiphon, cum mala bonis opponit, ad accusandum coniugium profert, de quo illis temporibus multum disputatum esse Euripides testatur. Atque is quidem cum multis locis[75]) de conubii et commodis et incommodis locutus sit, tum malorum maximam culpae partem attribuit legibus (fr. 402² N.): νόμοι γυναικῶν οὐ καλῶς κεῖνται πέρι. χρῆν γὰρ τὸν εὐτυχοῦνθ' ὅπως πλείστας ἔχειν . . ., ὡς τὴν κακὴν μὲν ἐξέβαλλε δωμάτων, τὴν δ' οὖσαν ἐσθλὴν ἡδέως ἐσῴζετο· νῦν δ' εἰς μίαν βλέπουσι, κίνδυνον μέγαν ῥίπτοντες· οὐ γὰρ τῶν τρόπων πειρώμενοι νύμφας ἐς οἴκους ἑρματίζονται βροτοί. Itaque nemo scit, qualem uxorem ducat: συμφορὰ δ' ὃς ἂν τύχῃ κακῆς γυναικός, εὐτυχεῖ δ' ἐσθλῆς τυχών (fr. 1042² N). Nec minus femina in dubio versatur: κἀν τῷδ' ἀγὼν μέγιστος ἢ κακὸν λαβεῖν ἢ χρηστόν· οὐ γὰρ εὐκλεεῖς ἀπαλλαγαὶ γυναιξίν κτλ. (Med. 235 sqq.). Simillime Antiphon: μέγας γὰρ ἀγὼν γάμος ἀνθρώπῳ . . . . χαλεπαὶ μὲν ἐκπομπαί κτλ. Sunt etiam alii loci, quibus ad verbum fere Antiphon cum Euripide congruit. Is enim Phaedrae nutricem facit philosophantem (Hipp. 252 sqq.):

πολλὰ διδάσκει μ' ὁ πολὺς βίοτος.
χρῆν γὰρ μετρίας εἰς ἀλλήλους
φιλίας θνητοὺς ἀνακίρνασθαι

[73]) cf. Wilam. ad Herc. v. 1346. [Plut.] Strom. 4. Vorsok. I² 11 A 32 (41,18).

[74]) Idem sentit Epicurus, cf. Cic. de fin. I 15,49: *neque laborum perfunctio neque perpessio dolorum per se ipsa allicit* etc.

[75]) quos composuit Nestleus: Euripides, der Dichter der griechischen Aufklärung p. 249 sqq.

καὶ μὴ πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς,
εὔλυτα δ'εἶναι στέργηθρα φρενῶν
ἀπό τ' ὤσασθαι καὶ ξυντεῖναι.
τὸ δ' ὑπὲρ δισσῶν μίαν ὠδίνειν
ψυχὴν χαλεπὸν βάρος, ὡς κἀγὼ
τῆσδ' ὑπεραλγῶ.

Hunc locum Cicero apud auctorem de amicitia suum, quem Theophrastum fuisse viri docti putant, invenit et paulo fusius scilicet, uno tamen versu (255) omisso nimis poetico, reddidit (Lael. 13, 45): . . . *fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit unum sollicitum esse pro pluribus; satis superque esse sibi suarum cuique rerum, alienis nimis implicari molestum esse; commodissimum esse quam laxissimas habenas habere amicitiae, quas vel adducas, cum velis, vel remittas; caput enim esse ad beate vivendum securitatem* (quod interpretandi causa addidit Cicero), *qua frui non possit animus, si tamquam parturiat unus pro pluribus.* Quibuscum conferas haec Antiphontis: τί οὖν, εἴ μοι γένοιτο σῶμα ἕτερον τοιοῦτον, ὅ γέ μοι οὕτως ἐπιμελὲς εἴη; οὐκ οὖν δῆλον, ὅτι γυνὴ ἀνδρί, ἐὰν ᾖ καταθυμία, οὐδὲν ἐλάττους τὰς φιλότητας παρέχεται καὶ τὰς ὀδύνας ἢ αὐτὸς αὑτῷ ὑπέρ τε τῆς ὑγιείας δισσῶν σωμάτων κτλ. Eandem sententiam duo praeterea exhibent Euripidis loci, quos iam Duemmlerus attulit[76]). Admetus enim uxore mortua optat, ut numquam eam duxisset (Alc. 879 sqq.):

ζηλῶ δ'ἀγάμους ἀτέκνους τε βροτῶν·
μία γὰρ ψυχή, τῆς ὑπεραλγεῖν
μέτριον ἄχθος·
παίδων δὲ νόσους καὶ νυμφιδίους
εὐνὰς θανάτοις κεραϊζομένας
οὐ τλητὸν ὁρᾶν, ἐξὸν ἀτέκνους
ἀγάμους τ' εἶναι διὰ παντός.

In fr. 908[2] N. mater quaedam miseram fortunam, quam liberis parandis habeat, queritur: τί τοῦτο δὴ τὸ χρηστόν; οὐκ ἀρκεῖ μίαν ψυχὴν ἀλύειν κἀπὶ τῇδ' ἔχειν πόνους[77]); Duemmlerus poetam cum

[76]) Acad. p. 171. Kl. Schr. p. 178 adn. 1.

[77]) cf. Ter. Adel. 38: *Vah, quemquamne hominem in animum instituere aut parare quod sit carius quam ipse est sibi!*

alia, quae ad rem publicam pertineant, tum hanc mirabilem sententiam a sophista mutuatum esse coniecit. Mittamus ea, quae probare nullo modo potuit[78]). De iis tantum disputabimus, quae certa quadam similitudine continentur. Quodsi loci, quos supra commemoravimus, ab Antiphonte pendent, librum eius ante annum 438 in lucem prodisse dicendum est. Nam in Alcestide primum exsistit illud, quod deinde in Hippolyto et in fr. 908 occurrit. Sed ad eam vetustatem hunc librum, quem initio fere belli Peloponnesiaci ad aegram rem publicam sanandam Antiphontem scripsisse primo capite exposuimus, nemo reiciet, qui sermonem eius accuratius examinaverit. At erunt, qui sophistam poetae auctoritatem secutum esse dicant, ut illum Medeae v. 235 et Sophoclis Antig. v. 672: ἀναρχίας δὲ μεῖζον οὐκ ἔστιν κακόν in fr. 61: ἀναρχίας δ' οὐδὲν κάκιον ἀνθρώποις imitatus esse videatur[79]). Quod equidem non recuso. Etenim eodem modo Agathon poetarum sententiis ad amplificandam orationem usus est nullo auctore indicato (cf. Pl. Symp. 194e sqq.). Sed tamen nescio an Hippol. v. 252 sqq. similesque et hic Antiphontis locus ex eadem veterum sapientium voce pendeant. Nam in Hipp. v. 253-257 Euripides idem illud Biantis, quod Sophoclis Aiax v. 677 sqq. laudat, nova quadam et propria forma expressit. Quocum hic quidem coniuncta est ea sententia, quae duobus aliis locis sola exstat (v. 258-260). Sequuntur vv. 261-265, quibus vulgares sententias reddi ipso indicatur verbo φασί (v. 262) et laudato illo μηδὲν ἄγαν (v. 265). Quare conicere licebit illam sententiam ipsam quoque a vetere nescio quo sapiente repetitam esse. Utcumque autem haec res se habet, maxime cavendum esse mihi videtur, ne quis temere ea, quae omnium communia sint, singulis attribuat. Nonne mirum est Nestleum dicere[80]) Euri-

[78]) cf. Kl. Schr. l. c. p. 165 (14). 172 (20). 178 (25) adn. 1. In Prolegomenis ad Platonis Remp. (1891) pugnantia cum iis profert, quae in Academicis (1889) exposuit, ubi Calliclis loco Antiphontem habuit. Nunc cf. p. 226: „Die Verkündiger der friedseligen Herdentiermoral, der goldenen ὁμόνοια machten jede Kultur unmöglich; die Raubtiermoral des Kallikles führte zum schrankenlosen Individualismus."

[79]) Ne Dielesii scrinia me compilasse credas, similes hos locos notavi iam multo, antequam altera eius libri editio in lucem prodiit.

[80]) l. c. p. 250.

pidem in fr. 164: ἄριστον ἀνδρὶ κτῆμα συμπαθὴς γυνή subtiliora reddidisse Antiphontis verba: τί δὲ γλυκύτερον (scil. γυναικὸς καταθυμίας) ἄλλως τε καὶ νέῳ;[81])? quasi vero Theognidis illud (v. 1225) omnibus notum non fuerit: οὐδέν, Κύρν', ἀγαθῆς γλυκερώτερόν ἐστι γυναικός. Ut intellegas, quantopere iis, de quibus Antiphon agit, animi hominum illis temporibus agitati sint, haec velim similia conferas: Eur. Alc. 238sq. οὔποτε φήσω γάμον εὐφραίνειν πλέον ἢ λυπεῖν κτλ. Iam Hesiodus coniugii mala bonis praevalere dixit (Theog. 607 sqq.): ᾧ δ' αὖτε γάμου μετὰ μοῖρα γένηται, κεδνὴν δ' ἔσχεν ἄκοιτιν ἀρηρυῖαν πραπίδεσσι, τῷ δέ τ' ἀπ' αἰῶνος κακὸν ἐσθλῷ ἀντιφερίζει ἐμμενές κτλ. Eiusdem Op. v. 702sq., quod Semonides paene ad verbum expressit fr. 6, Sophocles paululum mutavit in Phaedrae fr. 621: οὔτω γυναικὸς οὐδὲν ἂν μεῖζον κακὸν κακῆς ἀνὴρ εὕροιτ' ἂν οὐδὲ σώφρονος κρεῖσσον, παθὼν δ' ἕκαστος ὧν τύχῃ λέγει. De hoc loco Wilamowitzius[82]): „die Tendenz gegen den abstracten Weiberhaß des Euripideischen Hippolytos, vielleicht gegen den des Euripides, zu polemisieren, ist frappant.“ At ipse quoque Euripides, Hesiodo assensus est Melan. fr. 494^2 N.: τῆς μὲν κακῆς κάκιον οὐδὲν γίγνεται γυναικός, ἐσθλῆς δ' οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν πέφυκ' ἄμεινον· διαφέρουσι δ' αἱ φύσεις. Praeterea cf. Or. 603sq. — Saepe quaeritur meliusne sit liberos procreare necne. Chorus Medeae v. 1090 sqq. exponit eos, qui liberis careant, προφέρειν εἰς εὐτυχίαν τῶν γειναμένων. 1098 sqq.: οἷσι δὲ τέκνων ἔστιν ἐν οἴκοις γλυκερὸν βλάστημ', ἀθρῶ μελέτῃ κατατρυχομένους τὸν ἅπαντα χρόνον· πρῶτον μὲν ὅπως θρέψουσι καλῶς βίοτόν θ' ὁπόθεν λείψουσι τέκνοις· ἔτι δ' ἐκ τούτων εἴτ' ἐπὶ φλαύροις εἴτ' ἐπὶ χρηστοῖς μοχθοῦσι, τόδ' ἐστὶν ἄδηλον. Deinde dicit, cur etiam ii, quibus boni sint liberi, misere vivant. Similiter in fr. 908^2 N. et 571^2 N.: καὶ γὰρ κακοὶ γεγῶτες ἐχθίστη νόσος, κἂν αὖ γένωνται σώφρονες, κακὸν μέγα, λυποῦσι τὸν φύσαντα μὴ πάθωσί τι[83]). Mirum est, quantopere Democritus cum Euripide consentiat[84])

---

[81]) Euripides monet, ne adulescentes nuptias differant (fr. 319^2 N.): οὐ γὰρ ἡδονή, γυναικί τ' ἐχθρὸν χρῆμα πρεσβύτης ἀνήρ· (cf. Theog. 457 οὔ τοι σύμφορόν ἐστι γυνὴ νέα ἀνδρὶ γέροντι) ἀλλ' ὡς τάχιστα. καὶ γὰρ ἐκτροφαὶ καλαὶ καὶ συννεάζων ἡδὺ παῖς νέῳ πατρί.

[82]) Hippol. p. 57 adn. 1. [83]) cf. Suppl. 786sq. 1087 sq.

[84]) Sed adoptionem, quam Democritus probat fr. 277, Euripides vituperat

(fr. 275): τεκνοτροφίη σφαλερόν· τὴν μὲν γὰρ ἐπιτυχίην ἀγῶνος μεστὴν καὶ φροντίδος κέκτηται, τὴν δὲ ἀποτυχίην ἀνυπέρθετον ἑτέρῃ ὀδύνῃ. Qua de causa suadet, ne is, qui secure vivere velit, liberis operam det (fr. 276): οὐ δοκεῖ μοι χρῆναι παῖδας κτᾶσθαι· ἐνορῶ γὰρ ἐν παίδων κτήσει πολλοὺς μὲν καὶ μεγάλους κινδύνους, πολλὰς δὲ λύπας, ὀλίγα δὲ τὰ εὐθηλέοντα καὶ ταῦτα λεπτά τε καὶ ἀσθενέα. Idem fere sentit Antiphon: φέρε δὴ καὶ παῖδες γενέσθωσαν· φροντίδων ἤδη πάντα πλέα καὶ ἐξοίχεται τὸ νεοτήσιον σκίρτημα ἐκ τῆς γνώμης καὶ τὸ πρόσωπον οὐκέτι τὸ αὐτό. Quid his rebus efficere voluerit, certo scire nemo potest. Nec verisimile eum mulierum communionem probasse, ut Euripides fr. 653^2 N., quod Duemmlero videbatur[85]). Potius idem atque Democritum (cf. fr. 277) eum suasisse existimo. Toepferus autem, si Antiphontem ob eam causam, quod a coniugio abhorreat, salutem publicam in libro suo non respexisse dicit[86]), perperam iudicat. Quis enim plus tribuit rei publicae quam Democritus (cf. fr. 252. 157), quamvis sapienti liberis abstinendum esse censeat?

Ut ab infantia Antiphontem vitae contemplandae initium fecisse ex primis fr. 49 verbis collegimus, ita a iuventute eum ad senectutem profectum esse et ex fr. 67a (Harp. ἀνδρεία: ἡ τῶν ἀνδρῶν ἡλικία. 'Α. ἐν τῷ Περὶ ὁμονοίας) et ex fr. 66 conicere licebit[87]): γηροτροφία γὰρ προσέοικε παιδοτροφίᾳ. Quo fieri potest, ut dicat: εὐκατηγόρητος πᾶς ὁ βίος κτλ. (fr. 51). Similiter Prodicus, si qua fides Axiochi auctori habenda est[88]), uniuscuiusque aetatis mala enumerasse dicitur. Cf. Axioch. 366d: τί μέρος τῆς ἡλικίας ἄμοιρον τῶν ἀνιαρῶν; de senectute idem locus qui apud Antiphontem τῷ νῷ 'δὶς παῖδες οἱ γέροντες' γίγνονται (367b), quod in proverbio est (cf. Ar. Nub. 1419. Pl. Leg. 646a). Alcidamas laudationem mortis, quae constabat ex enumeratione humanorum malorum,

---

fr. 359^2 N. Nestleus fieri potuisse arbitratur, ut hic ex illius scriptis didicerit (l. c. p. 341). At hoc nec ante annum 431, quo Medea acta est, fieri potuisse verisimile est nec omnino factum esse ex Euripidis reliquiis cognosci potest.

[85]) l. c. p. 219 (56).

[86]) l. c. p. 42.

[87]) Quod falso Ant. oratori adscriptum esse viri docti consentiunt. Perperam hanc sententiam interpretatus est Toepferus l. c. p. 47.

[88]) cf. p. 366c: καὶ ταῦτα δὲ ἃ λέγω Προδίκου ἐστὶν τοῦ σοφοῦ ἀπηχήματα. V. Gomperz, l. c. p. 463.

scripsisse traditur (cf. Cic. Tusc. I 48, 116). Sed Antiphon, quamvis mala humana non ignoraret, tamen vitam adeo non deflevit nec mortem laudavit, ut in concordia salutem poneret item, ut Democritus in tranquillitate animi, id quod supra explicavimus. Nec si ei assensus est, qui dixit, ὡς τὰ χείρονα πλείω βροτοῖσίν ἐστι τῶν ἀμεινόνων (Eur. Supp. 196sq.)[89]), sequitur, ut de vita ei fuerit desperandum. Sed potius hanc rationem probavit (Eur. Ant. fr. 196): τοιόσδε θνητῶν τῶν ταλαιπώρων βίος· οὔτ' εὐτυχεῖ τὸ πάμπαν οὔτε δυστυχεῖ· τί δῆτ' ἐν ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες οὐ ζῶμεν ὡς ἥδιστα μὴ λυπούμενοι; Idem docet Euripides alio loco per Amphitruonem; (Herc. 503sqq.): μικρὰ μὲν τὰ τοῦ βίου (cf. Ant. fr. 51). τοῦτον δ' ὅπως ἥδιστα διαπεράσετε, ἐξ ἡμέρας εἰς νύκτα μὴ λυπούμενοι. ὡς ἐλπίδας μὲν ὁ χρόνος οὐκ ἐπίσταται σῴζειν, τὸ δ' αὑτοῦ σπουδάσας διέπτατο. His locis summum bonum in securitate quadam ponitur, quae prope accedit ad Democriti[90]) fr. 189: ἄριστον ἀνθρώπῳ τὸν βίον διάγειν ὡς πλεῖστα εὐθυμηθέντι καὶ ἐλάχιστα ἀνιηθέντι. τοῦτο δ' ἂν εἴη, εἴ τις μὴ ἐπὶ τοῖς θνητοῖσι τὰς ἡδονὰς ποιοῖτο. Nam ille ab eo proficiscitur, quod dolorem fugiendum, voluptatem expetendam esse docet (fr. 4. Vorsok. I² p. 386, 24): τέρψις γὰρ καὶ ἀτερπίη οὖρος ⟨τῶν συμφόρων καὶ τῶν ἀσυμφόρων⟩ (cf. fr. 188). Similiter Antiphontem sensisse ex fr. 49 apparet. Ut igitur Euripides ab infirmitate vitae profectus eum beatissime vivere dicit, qui spem suam in futuris non ponat, sic Antiphon, cum humana omnia caduca sint, monet, ut praesentibus rebus homines recte utantur, eorumque stultitiam vituperat (cf. fr. 53. 53a. 54), quorum vita, ut Epicuri verba afferam, tota in futurum fertur (cf. Epic. fr. 491 Us.).

Huc pertinet fr. 50: τὸ ζῆν ἔοικε φρουρᾷ ἐφημέρῳ τό τε μῆκος τοῦ βίου ἡμέρᾳ μιᾷ †, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἣν ἀναβλέψαντες πρὸς τὸ φῶς παρεγγυῶμεν τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἑτέροις. Quid aliud Antiphon ex hoc efficere voluit nisi Horati illud: *vitae summa brevis spem nos vetat incohare longam?* Sane vita stationi similis: alii discedunt, alii succedunt.[91]) De eadem re alia similitudine iam Homerus usus est (Il. VI 145).

[89]) Gomperzius, qui hoc ad Prodicum referre non dubitat, controversa nititur Axiochi interpretatione (l. c. p. 344).

[90]) cf. Wilam. ad Herc. v. 506.

In fr. 52: ἀναθέσθαι δὲ ὥσπερ πεττὸν τὸν βίον οὐκ ἔστιν (ἀντὶ τοῦ ἄνωθεν βιῶναι μετανοήσαντας ἐπὶ τῷ προτέρῳ βίῳ Harpoc.) rursus occurrit simile quoddam Euripidis, quo maxime nititur Duemmlerus[92]), ut poetam sophistae auctoritatem secutum esse demonstret. Nam Suppl. v. 1080sqq. de eadem re Iphis senex multis verbis loquitur: τί δὴ βροτοῖσιν οὐκ ἔστιν τόδε, νέους δὶς εἶναι καὶ γέροντας αὖ πάλιν; ἀλλ' ἐν νόμοις μὲν ἤν τι μὴ καλῶς ἔχῃ, γνώμαισιν ὑστέραισιν ἐξορθούμεθα, αἰῶνα δ' οὐκ ἔξεστιν. εἰ δ' ἦμεν νέοι δὶς καὶ γέροντες, εἴ τις ἐξημάρτανε, διπλοῦ βίου τυχόντες ἐξωρθούμεθ' ἄν. Aliter de hac re poeta Herc. 657sqq. sentit, cum sapientibus modo alteram vitam contingere velit, quem locum Wilamowitzius illustravit (Herc. II¹ 175). Antiphontem autem hanc sententiam protulisse monendi causa, ut hac tam brevi vita recte utamur supra expositum est. Sane iucunda est similitudo calculorum, sed satis usitata. Cf. Heracliti fr. 52, Eur. Suppl. 409. Erech. fr. 360² N.

Mos est sophistarum, ut ea quae docent fabula demonstrent. Prodicus ad vim virtutis explicandam illam de Hercule fabulam narrat. Aliud huius consuetudinis exemplum, quam postea maxime Cynici colebant, Antiphontis fr. 54 praebet. Haec fabula Aesopicarum prima prosa oratione conscripta nobis servata est. Constat grammaticos iis epilogum (τὸ ἐπιμύθιον) addidisse. Iam Antiphon epilogum quendam narrationi adiunxit: ὅτῳ γάρ τις μὴ ἐχρήσατο μηδὲ χρήσεται, ὄντος ἢ μὴ ὄντος αὐτῷ οὐδὲν οὔτε πλέον οὔτε ἔλασσον βλάπτεται. Brevius autem grammaticus contrario cum agnominatione usus, quo inde a sophistis saepe delectabantur (cf. Isocr.

[91]) Iam Sauppius recte sententiam interpretatus est (l. c. p. 523), de qua ambigi non potest, sive cum illo verba τό τε μῆκος τοῦ βίου ἡμέρᾳ μιᾷ secludis, sive cum Dielesio μοίρᾳ legis pro ἡμέρᾳ (Vorsok.² II 1, p. 599 adn. ad v. 19). Longe a vero aberravit Bureschius, cum Philolai illud apud Platonem (Phaed. 62b): ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι contulit (l. c. p. 80). Nam φρουρᾷ vocabulo non patiendi, sed agendi vim subiciendam esse apparet ex verbo παρεγγυᾶν, quod de militibus dici solet tesseram inter se dantibus. — Illustratur Antiphontis sententia iis, quae Heinzius attulit ad Lucretii III 963 sq. Cf. Lucr. II 75 sqq.

[92]) l. c. p. 174 (22).

Areop. l. supra c., Pl. Euthyd. 280d[93]), id quod fabula illa Aesopica demonstratur, his verbis concepit: ὁ μῦθος δηλοῖ, ὅτι οὐδὲν ἡ κτῆσις, ἐὰν μὴ ἡ χρῆσις προσῇ. Sed Antiphon, quoniam fabulam vulgarem subtiliter auxit, ut ostenderet, qua ratione pecunia utendum esset, haec addidit: ὅταν[94]) γὰρ ὁ θεὸς μὴ παντελῶς βούληται ἀγαθὰ διδόναι ἀνδρί, χρημάτων πλοῦτον παρασχών, τοῦ φρονεῖν ⟨δὲ⟩[95]) πένητα ποιήσας, τὸ ἕτερον ἀφελόμενος ἀμφοτέρων ἀπεστέρησεν. Docet igitur divitias nihil valere, nisi cum sapientia coniunctae sint, qua fiat, ut recte iis utaris, quae possideas. Cf. Democr. fr. 77: δόξα καὶ πλοῦτος ἄνευ ξυνέσιος οὐκ ἀσφαλέα κτήματα. Cf. Eurip. fr. 163. 237. Similiter Prodicus divitias bonum non esse, nisi quis sapienter iis uteretur, exposuisse traditur ([Plat.] Eryx. 397d sqq. Vorsok. fr. 8): τοῖς μὲν καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων καὶ τοῖς ἐπισταμένοις, ὅπου δεῖ χρῆσθαι τοῖς χρήμασι, τούτοις μὲν ἀγαθόν, τοῖς δὲ μοχθηροῖς καὶ ἀνεπιστήμοσι κακόν. ἔχει δ', ἔφη, καὶ τἆλλα πράγματα οὕτω πάντα· ὁποῖοι γὰρ ἄν τινες ὦσιν οἱ χρώμενοι, τοιαῦτα καὶ τὰ πράγματα αὐτοῖς ἀνάγκη εἶναι.

In fr. 58 Antiphon monet, ne quis spei nocendi indulgeat. Quod si fecerit, sibi ipse maxime nocebit: ἐλπίδες γὰρ οὐ πανταχοῦ ἀγαθόν· πολλοὺς γὰρ τοιαῦται ἐλπίδες κατέβαλον εἰς ἀνηκέστους συμφοράς κτλ. Tali enim spe efficitur, ut animi cupiditates temperantia superiores fiant, cf. Eurip. Suppl. 479sq.: ἐλπὶς βροτοῖς κάκιστον, ἣ πολλὰς πόλεις συνῆψ', ἄγουσα θυμὸν εἰς ὑπερβολάς. Temperantia est autem eius, qui spei nocendi obsistat et animi voluptates coerceat: σωφροσύνην δὲ ἀνδρὸς οὐκ ἂν ἄλλος ὀρθότερόν τις κρίνειεν ἢ ὅστις τοῦ θυμοῦ ταῖς παραχρῆμα ἡδοναῖς ἐμφράσσει αὐτὸς ἑαυτὸν κρατεῖν τε καὶ νικᾶν ἠδυνήθη αὐτὸς ἑαυτόν.[95a]) Contra qui libidini obtemperat, malum bono praefert: ὃς δὲ θέλει χαρίσασθαι τῷ θυμῷ παραχρῆμα, θέλει τὰ κακίω ἀντὶ τῶν ἀμεινόνων. Sic hae sententiae inter se cohaerere mihi videntur. Nimirum gloriatur Antiphon recte se definire temperantiam, ut aequalis est Prodici, qui περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος docuit (Pl. Cratyl. 384b). Neque aliter Agathon in Convivio (196b) temperantiam definivit: εἶναι γὰρ ὁμολογεῖται σωφροσύνη τὸ κρατεῖν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν. Cum eo, quod sequitur, conferendum est Democriti fr. 236: θυμῷ μάχεσθαι μὲν χαλεπόν· ἀνδρὸς δὲ τὸ κρατέειν εὐλογίστου (cf. fr. 214). Etenim stultissimus quisque malum bono praefert, ut est in antiquo versu, cuius Antiphon meminit: 'οὐδὲ γυνή', φασίν, 'τοσσόνδε νόου ἐπιδεύεται ἐσθλοῦ, ὥστε χέρειον ἑλέσθαι ἀμεινοτέρων παρεόντων' (Philo de aet. mundi p. 500, cf. Crusii in Anth. lyr. adn. ad. Theogn. v. 21).

Venimus nunc ad fr. 60, quod cum de summa re sit, accurata interpretatione dignum videtur: πρῶτον, οἶμαι, τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶ παίδευσις· ὅταν γάρ τις πράγματος κἂν ὁτουοῦν τὴν ἀρχὴν ὀρθῶς ποιήσηται εἰκὸς καὶ τὴν τελευτὴν ὀρθῶς γίγνεσθαι· καὶ γὰρ τῇ γῇ οἷον ἄν τις τὸ σπέρμα ἐναρόσῃ, τοιαῦτα καὶ τὰ ἔκφορα δεῖ προσδοκᾶν· καὶ ἐν νέῳ σώματι ὅταν τις τὴν παίδευσιν γενναίαν ἐναρόσῃ, ζῇ τοῦτο καὶ θάλλει διὰ παντὸς τοῦ βίου, καὶ αὐτὸ οὔτε ὄμβρος οὔτε ἀνομβρία ἀφαιρεῖται. Hanc educationis cum agro colendo similitudinem ut melius intellegas quid sibi velit, rationem disciplinae, qua illis temporibus usi sint, paucis adumbrabo. Atque Antiphon quidem virtutem homini non innatam esse, sed educatione et doctrina comparari asseverat. Nulla autem re animi hominum magis tum movebantur quam ea quaestione, virtus utrum doceri posset necne. Nam ut de hac re iudicabant, ita de re publica et de moribus sentiebant. Quam variae autem atque diversae fuerint sententiae, cognovimus e Menone Platonis, cuius sermonis initio Meno Socratem interrogat: ἔχεις μοι εἰπεῖν, ὦ Σώκρατες, ἆρα διδακτὸν ἡ ἀρετή; ἢ οὐ διδακτόν, ἀλλ' ἀσκητόν; ἢ οὔτε ἀσκητὸν οὔτε μαθητόν, ἀλλὰ φύσει παραγίγνεται τοῖς ἀνθρώποις ἢ ἄλλῳ τινι τρόπῳ; Tres igitur erant sententiae, quarum qui primam seque-

93) V. Heinze, Comment. ad Lucret. p. 182.

94) ὅτῳ ... βούλεται Sauppius, Dielesius. τῷ ... βούλεται Stob. flor. 104,19. ὅταν ... βούληται 16,29 Blassius, hoc et dativo ἀνδρί et sententiae magis convenire puto. Etenim sequitur Aor. gnomicus ἀπεστέρησεν.

95) φρονεῖν ⟨δὲ⟩ καλῶς Sauppius, τοῦ καλῶς φρονεῖν ⟨δὲ⟩ Dielesius[2], φρονεῖν καλῶς l. c. 16,29. καλῶς φρονεῖν 104,19. Nescio an adverbio καλῶς in textum supposito δὲ expulsum sit.

95a) Perperam hunc locum interpretatus est W. Nestleus (Die Vorsokratiker in Auswahl übersetzt. Jena 1908. p. 99). Neque enim id quaeritur, qualis esse debeat is, qui de alterius temperantia rectissime iudicet, sed de ipsa temperantia agitur, qualis sit in eo, qui spei nocendi obsistat. Brachylogia igitur est statuenda, scilicet ἢ ὅστις non ad ἄλλος .. τις referendum.

bantur, doctrina atque institutione virtutem comparari posse existimabant. Alii virtutem ad exercitationem et consuetudinem referebant. Erant denique, qui eam omnino comparari non posse sentirent, sed naturae munere hominibus obtingere. Quas sententias, cum alii exercitationem cum doctrina, nonnulli cum ingenio ac natura coniungerent, ad duas, quas supra commemoravi, redigere solebant. Omnia autem studia, sive ad ingenii facultates sive ad mores excolendos pertinebant, virtutis civilis disciplina — parum subtiliter — comprehendebant. Nec vero deerant, qui cum naturam reginam esse vellent nullamque traditis auctoritatem legibus ac moribus tribuerent, ius omne in viribus ac facultatibus a natura datis ponendum esse censerent. Itaque virtutem civilem respuentes summo cuique ingenio omnia tribuebant et validissimum quemque ingenio atque usu ad imperandum idoneum fieri sentiebant. Cuius sententiae praeconem Plato Calliclem inducit (cf. Gorg. 484a: ἐὰν δέ γε . . φύσιν ἱκανὴν γένηται ἔχων ἀνήρ κτλ. 484d . . χρὴ ἔμπειρον εἶναι . . cf. An. Iambl. 6,2sq. 7,15).

Plurimi autem, etsi naturam ducem sequendam esse cum illis consentiebant, tamen omnes eodem iure natos esse rati leges metuendas, mores servandos esse volebant[96]). Ut igitur virtutem civilem plurimi aestimabant, ita educationi ac doctrinae maximam dabant operam. Inter eos autem, qui virtutis magistros se esse profitebantur, maxime florebat Protagoras, cuius disciplina qualis fuerit, cum ex aliis perpaucis testimoniis tum ex Platonis dialogo intellegi potest. Constat Platonem, cum illum de educatione disserentem induceret, exponere voluisse sophistam notiones rerum non satis firme animo conceptas nec plane perspectas habere. Quamquam igitur sophistam saepius pugnantia loquentem facit[97]), tamen rationem eius integram in hunc modum restitui posse puto. Etenim

---

[96]) cf. An. Iambl. 6,1 sq.: τόν τε νόμον καὶ τὸ δίκαιον ἐμβασιλεύειν τοῖς ἀνθρώποις καὶ οὐδαμῇ μεταστῆναι ἂν αὐτά· φύσει γὰρ ἰσχυρᾷ ἐνδεδέσθαι ταῦτα. Cf. 7,14. — Pl. Prot. 327b Protagoras: λυσιτελεῖ γάρ, οἶμαι, ἡμῖν ἡ ἀλλήλων δικαιοσύνη καὶ ἀρετή. — Eur. Suppl. 312: τὸ γάρ τοι συνέχον ἀνθρώπων πόλεις τοῦτ᾽ ἔσθ᾽, ὅταν τις τοὺς νόμους σῴζῃ καλῶς. Similiter An. Iambl. 3,6: τοῦτο γὰρ τάς τε πόλεις καὶ τοὺς ἀνθρώπους τὸ συνοικίζον καὶ τὸ συνέχον εἶναι.

[97]) quod accuratius exposuit Gomperzius l. c. II² 251 sqq.

contra Socratem, qui se persuasum habere simulat virtutem, cuicumque obtigerit, natura insitam sua sponte crescere et augeri neque doceri posse, Protagoras dicit omnibus hominibus etsi virtutis civilis quaedam indoles insita sit (cf. 322d . . πάντες μετεχόντων scil. δίκης καὶ αἰδοῦς), tamen educatione opus esse, ut αἰδοῦς καὶ δίκης sensus excolatur atque confirmetur. Quo sensu et appetitu qui careat (τὸν μὴ δυνάμενον αἰδοῦς καὶ δίκης μετέχειν κτλ.) neque omnino doceri possit, prorsus extra societatem humanam et fere bestiam esse (cf. 322a, 323c, 325a). Virtutem autem ipsam natura innatam non esse (cf. 323c οὐ φύσει οὐδ᾽ ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου), sed studio et exercitatione et doctrina comparari (cf. 322d: ἐξ ἐπιμελείας καὶ ἀσκήσεως καὶ διδαχῆς). Nec vero omnes doctrina instituti idem consequuntur, quia alius meliore alius deteriore indole praeditus sit (cf. 327c: εὐφυέστατος—ἀφυής). Tamen hominem etiam mala indole praeditum, dummodo eruditus sit, eo qui eruditione omnino careat, semper esse praestantiorem (cf. 327c sq.). Tali autem ratione, quamvis a Platone obscurata sit, Protagoram ipsum esse usum hoc testimonio confirmatur (Vorsok.² II 1, 74B 3 p. 537,16): ὅτι ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Μεγάλῳ λόγῳ ὁ Π. εἶπε· ʻφύσεως καὶ ἀσκήσεως διδασκαλία δεῖταιʼ καὶ ʻἀπὸ νεότητος δὲ ἀρξαμένους δεῖ μανθάνειν᾽. Cf. Pl. Prot. 325c: ἐκ παίδων σμικρῶν ἀρξάμενοι κτλ.[98]) Etsi igitur indolis partem (φύσις) non neglegebat, tamen ad virtutem civilem comparandam plurimum valere putabat doctrinam (διδαχή) et exercitationem diligentiamque (ἄσκησις, ἐπιμέλεια). Atque Euripides, quamvis aliis locis aliter sentiret (cf. Hipp. 919, fr. 810. 904) disciplinam eius probavit (Suppl. 911 sqq.): τὸ γὰρ τραφῆναι μὴ κακῶς αἰδῶ φέρει· αἰσχύνεται δὲ τἀγάθ᾽ ἀσκήσας ἀνὴρ κακὸς κεκλῆσθαι πᾶς τις. ἡ δ᾽ εὐανδρία διδακτός, εἴπερ καὶ βρέφος διδάσκεται λέγειν ἀκούειν θ᾽ ὧν μάθησιν οὐκ ἔχει. ἃ δ᾽ ἂν μάθῃ τις, ταῦτα σῴζεσθαι φιλεῖ πρὸς γῆρας. οὕτω παῖδας εὖ παιδεύετε[99]). His

---

[98]) cf. adn. 98.

[99]) Haec enim non ad Prodicum, ut Welckerus (Kl. Schr. II 509), quem Nestleus sequitur (l. c. p. 71), putat, sed ad Protagoram spectare ex eo apparet, quod eodem linguae discendae argumento (v. 914 sq.) Disputationum auctor (Δισσοὶ λόγοι, Vorsok.² II 1, 83. 6,11 sq.) utitur, quem Protagorae auctoritatem (cf. Pl. Prot. 325 c. 327e) secutum esse Zellerus demonstravit (l. c. I⁵ 2

versibus 916sq., quibus tanta vis doctrinae tribuitur, similia sunt haec Antiphontis: ζῇ τοῦτο καὶ θάλλει διὰ παντὸς τοῦ βίου κτλ. Cf. An. Iambl. 1,3 . . . ἀνυπέρβλητον γίγνεται τοῦτο, ὅτι ἂν ἀσκῇ τις τῶν ἀνθρώπων.

Nec minoris quam Protagoras eruditionem ac doctrinam aestimabat Democritus, cum alteram naturam eam creare diceret (fr. 33): ἡ φύσις καὶ ἡ διδαχὴ παραπλήσιόν ἐστι. καὶ γὰρ ἡ διδαχὴ μεταρυσμοῖ τὸν ἄνθρωπον, μεταρυσμοῦσα δὲ φυσιοποιεῖ. Cf. Eueni fr. 9 (Vorsok.[2] II 1 p. 720). Similiter Protagoras (Pl. Theaet. 166e): ἐν τῇ παιδείᾳ ἀπὸ ἑτέρας ἕξεως ἐπὶ τὴν ἀμείνω μεταβλητέον[100]). Neque ulla ars neque scientia sine studio atque doctrina comparatur (fr. 59): οὔτε τέχνη οὔτε σοφίη ἐφικτόν, ἢν μὴ μάθῃ τις. Nec vero quicquam valet doctrina, nisi confirmatur et augetur usu atque exercitatione, quibus plures boni fiunt quam natura atque ingenio (fr. 242): πλέονες ἐξ ἀσκήσιος ἀγαθοὶ γίνονται ἢ ἀπὸ φύσιος. Idem sentit Critias fr. 9. Cf. Epicharmi fr. 33. Iam a pueris incipere oportet (fr. 183): ἔστι που νέων ξύνεσις καὶ γερόντων ἀξυνεσίη· χρόνος γὰρ οὐ διδάσκει φρονεῖν, ἀλλ' ὡραίη τροφὴ καὶ φύσις. Imprimis ars civilis digna est studio et labore (fr. 157): τήν τε πολιτικὴν τέχνην μεγίστην οὖσαν ἐκδιδάσκεσθαι καὶ τοὺς πόνους διώκειν κτλ. Virtutem civilem Democritus etiamsi finem esse omnis educationis ac disciplinae cum sophistis consentit (cf. fr. 252), tamen si quis beate vivere velit, monet, ne naturae ac facultatis modum transeat (fr. 3). Nam quamvis multum doctrinae tribueret, summum quemque virum plurimum ingenio valere non ignorabat (fr. 56. 21).

p. 1132 adn. 1. 1120 adn. 4; Arch. f. Gesch. d. Phil. V 177). Sunt etiam aliae convenientiae inter Platonis sermonem et Disputationum cap. VI., in quo eadem fere inveniuntur, quibus Socrates virtutem doceri non posse demonstrat. Alterum enim, quod sophista profert (6,3) congruit cum eo, quod Socrates p. 319a sq. exponit, cf. 327e. Tertium idem est, quod Socrates p. 319e profert, cf. 324d. Restant alia, quae cum aliena essent a Socratis ratione (6,2) aut urbanitate (6,5—6), Plato omisit. Praeterea auctor Disputationum eisdem fere causis utitur, quibus Protagoras Socratem refellit. Uterque enim Polycleti filiorum exemplum affert, cf. Prot. 328c, Disput. 6,8. Ex quo intellegitur Platonem libro quodam Protagorae usum esse, quo de virtute docenda in utramque partem disputavit.

[100]) cf. Natorp, Demokrits Ethika p. 118 adn. 1.

Saepe natura plus valet doctrina (fr. 53). Neque veram scientiam multa discendo sed multum cogitando assequeris (fr. 65).

Nimirum subtilitate philosophandi Democritus sophistas superabat. Quibuscum de via ac ratione, qua et singulorum hominum virtus et totius rei publicae salus appetenda sit, consentiebat. Verisimile est igitur hanc educandi disciplinam ab Abderitis Protagora et Democrito primis ad rationem esse revocatam. Quam rationem plerosque virtutis vel artis cuiusdam magistros secutos esse cum ex his Anonymi Iamblichei locis cognovimus: 1,2 φῦναι μὲν πρῶτον δεῖν καὶ τοῦτο μὲν τῇ τύχῃ ἀποδεδόσθαι, τὰ δὲ ἐπ' αὐτῷ ἤδη τῷ ἀνθρώπῳ τάδε εἶναι, ἐπιθυμητὴν γενέσθαι τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν φιλόπονόν τε καὶ πρωιαίτατα μανθάνοντα καὶ πολὺν χρόνον αὐτοῖς συνδιατελοῦντα. 2,1 . . αὐτίκα δεῖ νέον . . ἄρξασθαι. 2,6 ἔτι δὲ καὶ ὁ χρόνος συνὼν μὲν ἑκάστῳ ἔργῳ καὶ πράγματι πολὺς καὶ διὰ μακροῦ κρατύνει τὸ ἀσκούμενον . . .[100a]), tum ex fabula elucet, qua διῴκει Πρόδικος τὴν ὑπ' Ἀρετῆς Ἡρακλέους παίδευσιν (Xen. Mem. II 1,34). Ac primum illa dea multum ad virtutem valere dicit, quod Hercules bonis parentibus ortus (cf. Crit. fr. 32) bonaque indole praeditus sit (l. c. II 1,27). Deinde: τὰς πολεμικὰς τέχνας αὐτάς τε παρὰ τῶν ἐπισταμένων μαθητέον καὶ ὅπως αὐταῖς δεῖ χρῆσθαι ἀσκητέον (l. c. II 1,28). Nil boni homines sine magno labore consequi posse cum aliis tum exemplo agriculturae Prodicus demonstrat (l. c.): εἴτε γῆν βούλει σοι καρποὺς ἀφθόνους φέρειν, τὴν γῆν θεραπευτέον. Item Democritus labores disciplinae cum agro colendo comparat (fr. 182): τὰ μὲν καλὰ χρήματα τοῖς πόνοις ἡ μάθησις ἐξεργάζεται, τὰ δ' αἰσχρὰ ἄνευ πόνων αὐτόματα καρποῦται κτλ. Hac enim rerum rusticarum similitudine, ut loco communi, quicumque de ratione disciplinae disserit, uti solet.[101]) Ut Protagoras fr. 11: *Nicht sproßt Bildung in der Seele, wenn man nicht zu vieler Tiefe kommt* (Vorsok.[2] II 1 p. 540,12). Idem in Platonis Theaeteto (167b): καὶ τοὺς σοφοὺς

[100a]) cf. πολυχρονίην μελέτην in Eueni fr. 9, quod ex huius Arte a Platone (Phaedr. 267a) commemorata sumptum esse Dielesio videtur (Gorgias u. Empedokles, Berl. Sitz. Ber. 1884 p. 8,1).

[101]) cf. Gomperz l. c. I[2] 329.

.... κατὰ μὲν σώματα ἰατροὺς λέγω, κατὰ δὲ φυτὰ γεωργούς. φημὶ γὰρ καὶ τούτους τοῖς φυτοῖς ἀντὶ τῶν πονηρῶν αἰσθήσεων, ὅταν τι αὐτῶν ἀσθενῇ, χρηστὰς καὶ ὑγιεινὰς αἰσθήσεις τε καὶ ἀληθεῖς ἐμποιεῖν, τοὺς δέ γε σοφούς τε καὶ ἀγαθοὺς ῥήτορας ταῖς πόλεσι τὰ χρηστὰ ἀντὶ τῶν πονηρῶν δίκαια δοκεῖν εἶναι ποιεῖν. Cf. Pl. Prot. 325d: ὥσπερ ξύλον διαστρεφόμενον καὶ καμπτόμενον εὐθύνουσιν ἀπειλαῖς καὶ πληγαῖς. Accuratissime autem singula, quae ad disciplinam pertinent, cum agricultura comparavit auctor libri qui inscribitur Νόμος (Hippocr. IV 640 L.): ὁκοίη γὰρ τῶν ἐν τῇ γῇ φυομένων ἡ θεωρίη, τοιήδε καὶ τῆς ἰητρικῆς ἡ μάθησις. ἡ μὲν γὰρ φύσις ἡμέων ὁκοῖον ἡ χώρη· τὰ δὲ δόγματα τῶν διδασκόντων ὁκοῖον τὰ σπέρματα· ἡ δὲ παιδομαθίη τὸ καθ' ὥρην αὐτὰ πεσεῖν εἰς τὴν ἄρουραν (cf. Prot. fr. 3. Democr. fr. 183). ὁ δὲ τόπος, ἐν ᾧ ἡ μάθησις, ὁκοῖον ἡ ἐκ τοῦ περιέχοντος ἠέρος τροφὴ γιγνομένη τοῖσι φυομένοισιν· ἡ δὲ φιλοπονίη, ἐργασίη· ὁ δὲ χρόνος ταῦτα ἐνισχύει πάντα, ὡς τραφῆναι τελέως. Eodem modo Antiphon in fr. 60 indolem cum agro, doctrinam cum semine, maturam educationem cum semente matura, alteram naturam educatione creatam (cf. Democr. fr. 33) cum fructibus praeclaris verbis comparat.

Duemmlerus Euripidem Hec. 592 sqq. eandem fere sententiam atque Antiphontem eadem similitudine expressisse nobis persuadere studuit.[102]) Utrumque enim in eo congruere affirmat, quod qualis tempestas fuerit, talem fructum fore dicat, hominis naturam ulla re mutari posse neget. Recte Duemmlerus de Euripide quidem, qui omnem inter agri et animi cultum similitudinem refutat, sed idem perperam de Antiphonte, qui longissime ab illo dissidet. Nam illud quod aiunt 'ut sementem feceris ita metes' eo magis ad educationem pertinere putat, quod ea, quae disciplina effecta sint, nulla re deleri possint, cum seges saepe aut imbribus aut siccitatibus corrumpatur. Ac ne eadem quidem similitudine uterque utitur: Euripides educationem cum tempestate, Antiphon cum semente comparat; Euripides indolem sive bonam sive malam, Antiphon eruditionis excellentiam exstingui posse negat. Sed de hoc satis.

102) l. c. p. 175 sq. (23).

Maximo ad mores conformandos momento consuetudinem hominum esse Antiphon docet fr. 62: οἵῳ τις ἂν τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας συνῇ, τοιοῦτον ἀνάγκη γενέσθαι καὶ αὐτὸν τοὺς τρόπους. Cf. Democr. fr. 184: φαύλων ὁμιλίη συνεχὴς ἕξιν κακίης συναύξει. Xen. Mem. I 2,19: τὴν μὲν τῶν χρηστῶν ὁμιλίαν ἄσκησιν οὖσαν τῆς ἀρετῆς. Cf. Theog. 31 sqq. [Isoc.] ad Demon. I 33. Eur. fr. 609. 812. 1013²N.

Ex nullo vero fragmento manifestius fit, qualis fuerit Antiphon virtutis magister quam ex fr. 61: ἀναρχίας δ' οὐδὲν κάκιον ἀνθρώποις· ταῦτα γινώσκοντες οἱ πρόσθεν ἄνθρωποι ἀπὸ τῆς ἀρχῆς εἴθιζον τοὺς παῖδας ἄρχεσθαι καὶ τὸ κελευόμενον ποιεῖν, ἵνα μὴ ἐξανδρούμενοι εἰς μεγάλην μεταβολὴν ἰόντες ἐκπλήσσοιντο. Mores igitur a maioribus traditos servandos esse censet. Iam a pueris cives legibus obtemperare consuescere debent. Nullae leges, nulla salus. Neque quicquam ad communem salutem plus potest re publica bene constituta. Itaque non alienum est ea quae Antiphonti probatur ὁμόνοια ab Atheniensium re publica populari, qualis Periclis temporibus florebat (cf. Thuc. II 37). Neque aliter Democritus sentit neque Protagoras, quippe qui laudet αἰδῶ τε καὶ δίκην, ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί (Pl. Prot. 322c). Quae ipsius Aristotelis verbis illustrantur atque confirmantur (Eth. Nicom. VIII 1. 1155ª 22): ἔοικε δὲ καὶ τὰς πόλεις συνέχειν ἡ φιλία, καὶ οἱ νομοθέται μᾶλλον περὶ αὐτὴν σπουδάζειν ἢ τὴν δικαιοσύνην· ἡ γὰρ ὁμόνοια ὅμοιόν τι τῇ φιλίᾳ ἔοικεν εἶναι, ταύτης δὲ μάλιστ' ἐφίενται καὶ τὴν στάσιν ἔχθραν οὖσαν μάλιστα ἐξελαύνουσιν.

* * *

Notum est philosophos populares saeculi XVIII p. Ch. n. similia docuisse atque sophistas, qui homines ad summam eruditionem perducere studebant. Itaque ad illustrandam Antiphontis doctrinam aptum esse mihi videtur similem conferre Helvetii rationem ac disciplinam. Ex libro igitur eius, quem supra commemoravimus (p. 20 adn. 42, cf. p. 14 adn. 26), has apponam sententias selectas:

Sect. IV, cap. VIII. *Pour juger l'homme, considérons-le dans son état primitif, dans celui d'un sauvage encore farouche* (cf. quae de Antiphontis fr. 45—47 exposuimus).

Sect. IV. cap. IV. *De l'amour de soi. — L'homme est sensible au plaisir et à la douleur physique: en conséquence il fuit l'un et cherche l'autre &c.* (cf. Ant. fr. 49. Democr. fr. 4. v. supra p. 32. 38).

Sect. II. cap. VIII. *L'intérêt et le besoin sont le principe de toute sociabilité.* Sect IV. cap XII. *Sans intérêt d'aimer la vertu, point de vertu.* Sect. IV. cap. IX. *L'amour de l'homme pour la justice est fondé ou sur la crainte des maux compagnons de l'iniquité ou sur l'espoir des biens compagnons de l'estime &c.* (cf. Ant. fr. 54. 58).

Sect. VIII. cap. XXV. *Le bonheur public est le composé de tous les bonheurs particuliers.* Cap. XXIV. *Une fortune médiocre assure le bonheur du citoyen.* Cap. II. *L'homme occupé est l'homme heureux* (Cf. Ant. fr. 53a, b. 57).

Sect. IX. cap. II. *On peut se demander, si le plan d'une bonne législation ne doit pas renfermer celui d'une excellente éducation; si l'on peut donner une telle éducation aux citoyens sans leur présenter des idées nettes de la morale et sans rapporter les préceptes au principe unique de l'amour du bien général: si rappellant à cet effet aux hommes les motifs qui les ont réunis en société, on ne pourrait pas leur prouver qu'il est presque toujours de leur intérêt bien entendu de sacrifier un avantage personnel et momentané à l'avantage national &c. Si l'on peut fonder la morale sur d'autres principes que sur celui de l'utilité publique.* — Sect. X. cap. VII. *Le bien public, la suprême loi* (cf. Ant. fr. 54. 58. An. Jambl. 6. 1 sqq.).

Sect. X. cap. 1. *L'éducation peut tout. L'éducation nous fait tout ce que nous sommes. Plus l'éducation est parfaite, plus les peuples sont heureux* (cf. Ant. fr. 60). Cap. V. *Son objet est d'inspirer aux hommes l'amour des loix et des vertus sociales* (cf. Ant. fr. 61).

III.

Restat, ut de Antiphontis sermone dicamus.

Exstant formae vetustiores atticae: ξύν commune est Antiphonti cum Thucydide, sed servatum est duobus tantum locis: fr. 49 ξυλλογή, fr. 29 ξυμπιπτόντων. Eiusdem formae vestigia inveniuntur apud Antiphontem Rhamnusium (cf. Blass, Die Att. Beredsamk. p. 126), nulla apud Gorgiam, Anon. Iambl.

In fr. 51 σμικρά legimus, quae forma in inscriptionibus Atticis saec. V. et praeter poetas apud Thuc. et Plat. reperitur. Praeterea in Atticis nominibus servata est. Cf. Kirchner, Prosopogr. Att.

Ionicum σσ, quod habent Gorg., Thuc., Ant. Rh., apparet in fr. 54 ἔλασσον, fr. 61 ἐκπλήσσοιντο, fr. 76 (Πολιτ.) ἡσσώμενον, reliquis locis ττ. — δισσά quo tragici utuntur, commune est Ant. soph. (fr. 49) cum Gorgia (cf. fr. 6. Hel. 10).

Ionica cum ab antiquis scriptoribus Atticis tum ab Ant. soph. non sunt aliena.

'Αληθ. fr. 8 ὀδμάς, εὐοδμίαν ion. et aeol. formam habent poetae, Herod.

Fr. 49 καταθύμιος vocabulum est vere Ionicum, quo neque tragici neque scriptores Attici utuntur. Sed invenitur ap. Hom., Eumel., Theog., Herod. 5,39 καταθυμίης sc. γυναικός, item de muliere Ant. soph., cf. Democr. fr. 277 τὸν παῖδα λαβεῖν καταθύμιον i. e. qui animo placet. Similiter se habet opp. ἀποθύμιος Hom., Hes., Semon. fr. 7, Herod.; ἐνθύμιος poetae, Herod., sed etiam Ant. Rh., Thuc., deinde vox exolescit, cf. Wilam. ad Herc. v. 722.

Fr. 49 παλίγκοτος praeter poetas (cf. Archiloch. fr. 83,2. Aesch. Ag. 571 de fortuna adversa, Pind. Nem. IV 96 de hominibus infestis) hac voce scriptores non utuntur nisi Ionici Hippocr. et Herod.

Communia habet praeterea Ant. cum solo Herodoto 'Αληθ. fr. 18 Harpocr. ἀναποδιζόμενα· ἀντὶ τοῦ ⟨πάλιν⟩ ἐξεταζόμενα ἢ ἀντὶ τοῦ ἄνωθεν τὰ αὐτὰ πολλάκις λεγόμενα ἢ πραττόμενα. Herod. V 92,6 ἀναποδίζων· ἀντὶ τοῦ τὰ πρότερα ἐρωτῶν Bekk. Anecd. p. 83, cf. Herod. II 116. — fr. 6 εἴσοπτοι Herod. II 138.

Propter vetustiorem loquendi usum ab Atticis IV. saeculi alienum notanda sunt haec:

'Αληθ. fr. 44 Harp. τοὺς νόμους μεγάλους ἄγοι· ἀντὶ τοῦ ἡγοῖτο. Sic ἄγειν cum accusativo nominis praedicati utuntur Herod. VII 150, Soph. O. R. 775, Eur. Bacch. 1036, Thuc. VIII 81,2. Iam plura nobis se offerent exempla consuetudinis illae inter Ionicos scriptores et veteres Atticos et tragicos communis. Cf. Wilam. ad Hipp. v. 1361 p. 52.

Fr. 58 θυμῷ χαρίζεσθαι non est iracundiae indulgere (sic Sauppius l. c. p. 522), sed θυμός animi impetum sive cupiditatem significat (cf. Diels, Vorsok.[2] I p. VIII). Hunc vetustiorem vocabuli usum non solum apud Ionicos Heracl. fr. 85 et Democr. fr. 236 sed etiam apud tragicos invenimus, cf. Eurip. Med. 1079 θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων. ὅσπερ μεγίστων αἴτιος κακῶν βροτοῖς. Soph. El. 331 θυμῷ ματαίῳ μὴ χαρίζεσθαι κενά, hoc loco vocem latiore sensu usurpari vel ex Theog. v. 1223 sq., quem Sophocli animo observatum esse suspicatur, Kaibelius intellegere debuit[103]): οὐδέν, Κύρν', ὀργῆς ἀδικώτερον, ἣ τὸν ἔχοντα πημαίνει θυμῷ δειλὰ χαριζομένη. Neque aliter in prosa oratione Ant. Rh., cum temperantiam τῶν πρεσβυτέρων opponit, τοὺς νεωτέρους dicit τῷ θυμῷ χαρίζεσθαι (Tetr. Γγ 2), cf. Αγ 3 σωφρονίσαι τὸ θυμούμενον τῆς γνώμης Thuc. VII 68. Theognis θυμόν et νόον inter se opponit v. 631: ᾧτινι μὴ θυμοῦ κρέσσων νόος, αἰὲν ἐν ἄταις, cf. Epich. fr. 43.

Fr. 58 θέλει pro βούλεται vel προαιρεῖται. Latiorem verbi ἐθέλειν usum invenimus apud Heracl. (fr. 85, v. Vorsok.[2] I p. VIII), Herod., tragg., Ant. Rh., An. Iambl., Plat. Cf. Blass, De Ant. soph. Iambl. auct. p. 6.

Fr. 58 τὸν πλησίον, τοῖς πέλας saepe utuntur veteres Attici. Sensum explicavit Wilam. ad Herc. 192.

Fr. 49 ὑπέρ τε — ὑπέρ τε — ὑπέρ τε talis coniunctio per τε — τε — τε vetustior est magisque poetica. Oratoris est praepositionem bis vel etiam ter repetere, cf. Ant. Rh. Tetr. A α 9 ὑπό τε τῶν εἰκότων ὑπό τε τῶν παραγενομένων, non poetae, cf. Soph. O. R. 253 ὑπέρ τ' ἐμαυτοῦ, τοῦ θεοῦ τε, τῆσδέ τε γῆς (cf. Kuehner-Gerth, Gr. Gr. II[3] 2, 245. Adn. 5). In Ant. Rh. orationibus τε — τε raro, in tetralogiis saepius quam τε — καὶ invenitur. nonnumquam etiam ter repetitur, ut Γγ 2 (cf. Ignatius, De Ant. Rh. eloc. Berl. 1882 p. 149 sq.). Tetralogiae enim propius ad poetarum sermonem accedunt quam orationes. — Sola particula τε, more Herod., Ant. Rh., Thuc., Xen., sequentia cum antecedentibus Ant. soph. coniunxit in fr. 58 κρατεῖν τε καὶ νικᾶν ἡδονῆθη et in fr. 50 τό τε μῆκος κτλ., nisi haec interpolata sunt (cf. Kuehner-Gerth II 2, 241 sq.).

103) Comment. ad El. p. 122.

Fr. 58 τοῖς πέλας ποιήσειν dativum in accus. mutavit Meinekius, sed eodem intellectu dativus invenitur ap. Eurip. Or. 748, Med. 1292. Cf. Kuehner-Gerth II 1, 324 adn. 6.

Fr. 76 (Πολιτ.) καταμελεῖν τὰ πράγματα nusquam alibi inveni, sed ἀμελεῖν cum acc. Herod., tragg. Cf. Kuehner-Gerth II 1, 366 adn. 13.

Communem sermonis consuetudinem respuens Antiphon poetarum more loquitur (cf. Arist. Rhet. Γ 1 ποιητικὴ πρώτη ἐγένετο λέξις, οἷον ἡ Γοργίου). Itaque vel poeticis vel novis vel minus usitatis utitur vocabulis:

Fr. 49 πότμος glossa est in prosa inaudita, sed cf. Protag. fr. 9 εὐποτμίη.

Fr. 49 καινοῦ δαίμονος, sic δαίμων pro τύχη dicere solent poetae (cf. Kaibel ad El. v. 916). Poetice etiam Ant. Rh. Tetr. Bγ 4 σκληρότητι τοῦ δαίμονος pro σκληρᾷ ἀνάγκῃ (B β 2). In prosa δαίμων hoc quidem sensu cum adiectivo est inusitatum.

Sublime est ἴσα πνέοντας, cf. Aesch. Ag. 1206 πνέων χάριν, Pind. Ol. XI 97 κενεὰ πνεούσαις, Pyth. XI 30 χαμηλὰ πνέων, Nem. VII 4 ἀναπνέομεν δ' οὐχ ἅπαντες ἐπὶ ἴσα.

Fr. 55 ἵνα pro ὅπου poet., Herod., Plato.

'Αληθ. fr. 21 ὀριγνηθῆναι· ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμῆσαι, pro ὀρέγεσθαι poet.

Fr. 49 νεοτήσιος formatum est ad analogiam vocum φιλοτήσιος (de cuius usu Kaibel l. c. p. 237), ἱκετήσιος, quae sunt poeticae. Neque usquam legitur νεοτήσιος nisi post Ch. nat. in Ps. Phoc. 201.

In fr. 49 pro λύπη Ant. dicit λύπημα tragicos imitans (cf. Soph. Trach. 554): τὸ γὰρ ἐξαλλάξαι ποιεῖ φαίνεσθαι σεμνοτέραν sc. τὴν λέξιν (Arist. Rhet. Γ 2). Cum hac substantivi forma cf. θέλημα in fr. 58, quod recurrit in N. T., Matth. 6, 10. 7, 21. — Fr. 71 φήλωμα ab Ant. derivatum est a φηλοῦν, quod ap. tragg. exstat. Praeterea memorabilia sunt 'Αληθ. fr. 38 ἄμβλωμα pro ἄμβλωσις ὡς Λυσίας, fr. 49 σκίρτημα tragg. Huiusmodi substantiva derivata in -μα desinentia sive nova sive poetica saepissime a scriptoribus illius aetatis usurpantur, e. g. Ant. Rh. aut soph. fr. 101 ἐπινόημα, fr. 110 ἐπιθύμημα An. Iambl. 5, 2., Xen., Plato. — An. Iambl.

6, 1 τέχνημα 7, 7 ἐπικούρημα 7, 5 ἀνάπαυμα. — Ant. Rh. V 16 μηχάνημα tragg., Ar., Xen. Cf. Cucuel, Essai sur la langue et le style de l'orateur Ant. Paris 1886 p. 18. — Thuc. I 141 δόξασμα Eur., Plato. — Thuc. III 58 ἔσθημα tragg. Cf. Cyranka, De orationum Thuc. eloc. cum trag. comparata. Breslau 1875. — Kaibel l. c. p. 278. Nescio an multa substantiva in hunc modum formata, quae postea oratores Attici fastidiebant, iam quinto saeculo in plebeculae usum venerint, ut θέλημα (Ant., Matth.), δώρημα, κρῖμα (tragg., Paul. ep. ad Rom. 5, 16) aliaque, quae in Novo Testamento legimus. Neque enim desiisse vulgum eius ipsius formae nova vocabula fingere ex Epicuri sermone apparet, qua de re Nordenus me docuit l. c. p. 124.

Omnino Antiphon inusitatas verborum formas communibus praefert:

Ἀληθ. fr. 5 ἄοπτα· ἀντὶ τοῦ ἀόρατα.

Fr. 35 ἐναιμῶδες pro ἔναιμον. Adiectivis in -ώδης delectatur Thuc. Cf. Wolcott, New Words in Thuc., Transactions and Proceedings of the American Philological Association 1898. Vol. XXIX p. 154.

Fr. 30 γρυπάνιον a verbo γρυπαίνειν i. e. γρυποῦσθαι videtur derivatum, ab illo fr. 31 γρυπανίζειν. Cf. Harpoc. s. v.

Π. ὁμον. fr. 67 ἀθεώρητος· ἀντὶ τοῦ ἀθέατος.

Fr. 60 τὰ ἔκφορα, nisi mendosa est haec scriptura ac potius reponendum ἐκφόρια; quamquam ἔκφορος etiam passive dicitur, alio tamen intellectu. Poll. I 237 B. pro καρπός et φοράν et φόρημα et ἐκφόριον (ἔκφορον A!) affert.

Praeterea haec plane nova finxisse videtur vocabula:

Ἀληθ. fr. 22 ἀειεστώ, cf. Democr. fr. 4 εὐεστώ, Philol. fr. 6 ἁ ἐστώ.

Fr. 24 ἀδιάστατον· τὸ μήπω διεστηκὸς μηδὲ διακεκριμένον.

Fr. 10 ἀδέητος· ὁ μηδενὸς δεόμενος.

Fr. 32 παραλυκίσασα explicavit Dielesius in adn. II. editionis.

Sophistas novandorum verborum studiosos fuisse constat. Atque imprimis Antiphon huic rei operam dedisse e fragmentis apparet[104]). Quare artem illam rhetoricam (ῥητορικὰς τέχνας), quam Spengelius oratori Rhamnusio adscripsit[105]), et Bureschius[106]) et Nordenus[107]) sophistae vindicare non dubitaverunt. Tradit enim Galenus (fr. 76 Bl.) in hac arte Antiphontem docuisse, quo modo ὀνόματα καινὰ fingenda essent. Sophistam hunc Antiphontem fuisse ex eo coniciunt, quod alter orator novis vocabulis in orationibus suis raro (cf. fr. 20. 33), alter sophista saepe videtur usus esse. Accedit, quod in arte rhetorica distinctio inter duo genera argumentorum fit, quam in orationibus neglectam videmus (cf. Blass A. B. p. 115 adn. 1). His igitur de causis qui oratori artem abrogant, eo nituntur, quod iam veteribus quibusdam teste Polluce illa spuria videbatur (Poll. VI 143. fr. 74 Bl.). Quod nescio an tibi placeat. At eadem est discrepantia inter artem rhetoricam et sophistae verborum usum. Legitur enim in illa ἀπαρασκεύαστον, cum ipse sophistes ἀπαρασκεύῳ scripserit (Ἀληθ. fr. 3). Neque sophista, sed orator Antiphon dicendi praecepta tradidisse fertur (Pl. Menex. 236a). Hunc igitur de novis vocabulis, quibus tum omnes fere scriptores excellere studebant, in arte rhetorica agere maxime decuit, etiamsi ipse in suis orationibus huic mori minus indulsit.

104) Cognomen eius λογομάγειρος (Suid.) non ad hanc verba novandi artem, sed ad orationem nimia diligentia concoctam et a veritate remotam mihi quidem pertinere videtur. Similiter Plato Theodorum Byzantium propter nimiam eius disponendi artem λογοδαίδαλον appellat in Phaedr. 266e, cf. Arist. Rhet. Γ 13.

Sed redeamus ad sophistam, qui Gorgiae exemplum secutus multis compositis vocabulis, quae διπλᾶ ὀνόματα Aristoteles (cf. Rhet. Γ 3) appellat, poeticum sermonis colorem auxit.

Fr. 49 ὀλυμπιονῖκαι καὶ πυθιονῖκαι vocabula significant victoriam Olympicam et Pythicam. Quodsi Pindarus utitur ὀλυμπιο-, πυθιονίκης, ὀλυμπιό-, πυθιόνικος subst. et adiect., idem non utitur ὀλυμπιονίκη similibusque, sed duobus verbis rem exponit, e. g. Isth. VII 4 Ἰσθμιάδος νίκας, Pyth. VII 13 πέντε μὲν Ἰσθμοῖ νῖκαι, μία δ' ἐκπρεπὴς Διὸς Ὀλυμπιάς. Primum apud Bacchylidem IV 17 apparuit eadem forma, quam Antiphon usurpat: δύο τ' ὀλυμπιονίκας ἀείδειν. In prosa haec substantiva nusquam inveni nisi apud Heliod. Aeth. V 19 p. 199,8 (4,16 Bekk.), ubi legimus: τὴν μέλλουσαν πυθιονίκην. Graeci igitur neque victoriae Olympicae vel

105) Art. script. p. 116.

106) l. c. p. 86.

107) Ant. Kstpr. p. 72 adn. 2.

Pythicae neque victoriae navalis (*Seesieg*) notionem in communi quidem sermone uno verbo composito exprimere solebant, etsi ναυμαχίαν, πεζομαχίαν (Her., Thuc.) frequentabant. Aliter de compositis ὀλυμπιονίκης similibusque res se habet, quae in vulgari usu honoris nomina et quasi titulos fuisse ex Thuc. I 126,3 Κύλων ἦν Ἀθηναῖος ἀνὴρ Ὀλυμπιονίκης et Herod. VIII 47 apparet: ἀνὴρ τρὶς πυθιονίκης Φάυλλος. Huc pertinent nomina propria Πυθιόνικος, Ἰσθμόνικος, quarum femininae formae sunt Πυθ(ι)ονίκη, Ἰσθμονίκη, praecipue meretricum nomina (cf. Bechtel, D. att. Frauennamen p. 53). Ceterum ὀλυμπιονίκη pro victoria Olympica audacter formatum est per analogiam vocis ἀκρόπολις (cf. Brugmann, Gr. Gr. p. 143). Nam si primum substantivi compositi membrum est adiectivum, mutari solet alterum membrum, si est substantivum abstractum, cf. σφαγή: νεοσφαγία, λόγος: σεμνολογία etc. Nonnumquam mutatur, etiamsi non est abstractum, cf. μήνη : νεομηνία, τάφος : κενοτάφιον.

Rarum est Ἀληθ. fr. 41 βιομήχανοι Arist. H. A. 9,15. — Fr. 15 ἔμβιος, quo Theophrastus utitur.

Π. ὁμον. fr. 48 θεειδέστατον· θεοῦ ἰδέαν ἔχον. Doricam formam σιειδής in Alcmanis Parthenio (v. 71) monstravit Wilamowitzius.

Π. ὁμον. fr. 51 ὀλιγοχρόνιος Mimn. fr. 5 Cr., Democr. fr. 285, Herod. I 38, An. Iambl. 2,7, Plat. Phaed. 87c.

Fr. 60 ἐναρόω nusquam alibi inveni. Eandem serendi notionem habet ἀρόω Pl. Phaedr. 276b, qua de re Heindorfius ad l. c.

Fr. 61 ἐξανδροῦσθαι rarum Herod. II 64, Ar. Equ. 1241, Eur. Phoen. 32, saepius ἀνδροῦσθαι Herod., Hippocr., Eur., Pl., Arist.

Fr. 54 ἀχαριστεῖν· ἀντὶ τοῦ μὴ χαρίζεσθαι Harpocr. adnotavit, quod ab oratorum usu recedit, sed legitur eodem sensu ap. Plat. et Arist. Cf. Bekk. Anecd. p. 218,9.

Composita cum εὐ- apud omnes fere illius aetatis scriptores vigent. Sed nulla fere habet Ant. Rh. Postea maxime Aristoteles iis usus est.

Fr. 51 εὐκατηγόρητος: solus Thuc. VI 77. — Fr. 70 εὐήνιος Hippocr., Plato. — Fr. 74 (Πολιτ.) εὐσύμβολος pro εὖ συμβάλλων. — Cf. Gorg. fr. 6 εὐόργητος Thuc. I 122[108]), Gorg. Hel. 14 εὐμετάβολος Xen., Pl., Arist. — An. Iambl. 7,5 εὔπιστος, εὐπροσδόκητος. Quorum εὐκατηγόρητος, εὐόργητος, εὐπροσδόκητος sunt adiectiva verbalia, quibus luxuriantur tragg., com., Thuc. Cf. Kaibel l. c. p. 99. 235. Wilam. ad Herc. v. 290.

[108]) Omisit hoc et εὐκατηγόρητος Wolcott l. c.

Ex ambiguis fragmentis magis sophistae quam oratori Ant. cum alia tum haec vocabula composita videntur convenire: fr. 89 δυσάνιος Crit. fr. 42, Hippocr., Arist., Menand. — Fr. 95 μεθέορτοι ἡμέραι. — Fr. 105 δοκησίσοφος Ar. Pax 44. — Fr. 113 πολιτοκοπεῖν com., Pl.

Nonnulla rara verba magisque poetica digna videntur, quae commemorentur. Fr. 58 δειμαίνω poet., Herod., Plato.

Fr. 54 περιαλγεῖν Thuc. IV 14, cf. περιαλγής Pl. Rep. 462b.

Fr. 54 ἀπολοφύρεσθαι Thuc., Andoc., Xen.

Multis usitatis vocabulis novam significationem Antiphon subiecit.

Fr. 49 ἐκπομπή significat emissionem apud Thuc. III 51 λῃστῶν, Pl. Leg. 740e ἀποικιῶν. Divortii notionem nisi apud Ant. non invenimus. Sed verbo ἐκπέμπειν pro „mittere uxorem“ usi sunt Herod., Lys., Dem.

Fr. 65 ἀνδρεία· ἡ τῶν ἀνδρῶν ἡλικία.

Fr. 68 αὐλιζόμενοι· ἀντὶ τοῦ κοιμώμενοι.

Ἀληθ. fr. 11 δεήσεις· ἀντὶ τοῦ ἐνδείας.

Fr. 20 ἐπαλλάξεις· ἀντὶ τοῦ συναλλαγὰς ἢ μίξεις.

Fr. 23 διάστασις· ἀντὶ τοῦ διακοσμήσεως τῶν ὅλων.

Eidem voci quattuor notiones subiecit: fr. 24 τῇ διαθέσει ἐχρήσατο 1) ἐπὶ γνώμης ἢ διανοίας 2) ἐπὶ τοῦ διαθεῖναι λόγον τουτέστιν ἐπὶ τοῦ ἐξαγγεῖλαί τι 3) Ἀληθ. β̄: ἐπὶ τῆς διακοσμήσεως 4) Π. ὁμον. fr. 63 ἀντὶ τοῦ διοίκησις, cf. Ἀληθ. ᾱ fr. 14 διαθέσθαι ἐπὶ τοῦ διοικῆσαι.

Fr. 43 τὸν ἄβιον Ἀ. ἐπὶ τοῦ πολὺν βίον κεκτημένου ἔταξεν, ὡς Ὅμηρος ἄξυλον ὕλην λέγει τὴν πολύξυλον (Il. XI 155). Plato hac voce utitur pro ἀβίωτος Leg. 873c, cf. Bekk. Anecd. p. 323.

Praeterea cf. Ἀληθ. fr. 16. 19.

Metaphoris Antiphon dithyrambicorum granditatem similiter atque Gorgias adaequare studet.

Fr. 49 ἐξοίχεται τὸ νεοτήσιον σκίρτημα ἐκ τῆς γνώμης quamquam

nobis bene dictum videtur, tamen Graecis in prosa non est ferenda metaphora διὰ τὸ σεμνὸν ἄγαν καὶ τραγικόν (Arist. Rhet. Γ 3). Sed Antiphontis aetate nihil magis expetebant quam eum ipsum sermonem dithyrambicum, quem Aristoteles vituperat. τὸ νεοτήσιον σκίρτημα imitatus est Clem. Alex. de div. serv. c. 8.

Fr. 49 λύπας ἄγεσθαι dicit metaphorice respiciens uxorem quae ducitur.

Fr. 60 ὅταν τις τὴν παίδευσιν γενναίαν ἐναρόσῃ, ζῇ τοῦτο καὶ θάλλει κτλ.

Fr. 69 βαλβίς· ἡ ἀρχή, cf. Ar. Vesp. 548 εὐθύς ἀπὸ βαλβίδων . . ἀποδείξω.

Fr. 70 εὐήνιος· ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἵππων. Eodem vocabulo metaphorice utitur Pl. Leg. 730b, 880a.

Tum metonymiam adhibet: Ἀληθ. fr. 17 Ἀφροδίτης· ἀντὶ τῶν ἀφροδισίων.

Omittere solet Ant. copulas ἐστίν et εἰσίν, qua re oratio sublimior fit, sed etiam asperior, cf. fr. 49. 51. 55. 57. 61. 64. Hoc gnomici sermonis, cf. Heracliti et Democriti sententias.

Plurali numero Ant. poetarum more pro singulari utitur. Exempla afferam ex fr. 49, quod magnificentia verborum et poetico colore ceteris antecellit:

γάμοι nuptiae, pluralis poeticus raro legitur ap. Platonem (Leg. 784d. Rep. 383a). Singulari tantum uno loco excepto (Σ 491) Homerum uti et Hesiodum, saepius plur. quam singul. Aesch. et Pind., pluralem singulari longe praeferre Soph. et Eur. docet K. Witteus, Singular und Plural. Lpz. 1907.

μεγάλων πόνων καὶ ἱδρώτων εἰς ἀνάγκας, plur. ἱδρῶτες *(Ströme von Schweiß)* in prosa inusitatus, cf. Xen. Cyr. VIII 8,8 διὰ πόνων καὶ ἱδρῶτος, sed poetice Pl. Phaedr. 239c πόνων μὲν ἀνδρείων καὶ ἱδρώτων ξηρῶν ἄπειρον, ubi Socrates (238d): τὰ νῦν γὰρ οὐκέτι πόρρω διθυράμβων φθέγγομαι.

φιλότητας *(Liebesfreuden)*, plurali huius vocabuli Pindarus utitur Pyth. IX 40, Nem. VIII 1. Nimirum Ant. pluralia φιλότητας, ἱδρώτων adhibet, ut res maioris momenti esse videatur, cf. ὕδατα, αἵματα, nam ἔσθ' ὅπου προσπίπτει τὰ πληθυντικὰ μεγαλορρημονέστερα καὶ αὐτῷ δοξοκοποῦντα τῷ ὄχλῳ τοῦ ἀριθμοῦ (Περὶ ὕψους XXIII).

Sed aliter de aliorum vocabulorum plurali poetico res se habet, e. g. γάμοι, δώματα, τόξα, ἅρματα. Cf. Maaß, Arch. f. lat. Lexicogr. XII, 481sqq. Ab hoc autem secernendus generalis quem vocant pluralis, sed similis est illi (ἱδρῶτες, αἵματα). Nam in utrumque Aristotelis illud cadere mihi videtur[109]): εἰς ὄγκον τῆς λέξεως συμβάλλεται . . . τὸ ἓν πολλὰ ποιεῖν, ὅπερ οἱ ποιηταὶ ποιοῦσιν (Rhet. Γ 6). τοὺς φίλους plur. generalem ad uxorem referri licet, cf. Aesch. Ag. 1236 Ἄρη φίλοις πνέουσαν de marito, Soph. O. R. 366 σὺν τοῖς φιλτάτοις i. e. τῇ μητρί, cf. 1184 ξὺν οἷς, 1359 ὧν ἔφυν ἄπο de sola matre.

Etiamsi singularem quoque, cum generaliter loquitur, dicere potest, pluralem praefert, cf. χαλεπαὶ μὲν ἐκπομπαί.

Nomina verbalia nonnumquam ponit pro verbis: ὡς ἐλάχιστα γὰρ ἐν σεμνότητι δεῖ χρῆσθαι τοῖς ῥήμασιν, ὥσπερ ὁ Θουκυδίδης (Hermog. Π. ἰδεῶν. Sp. p. 292). *Im Substantivum liegt das Regelmäßige, Dauernde, im Verbum nur der einmalige Vorgang* (Diels, Berl. Sitz. Ber. 1901 p. 191sq.).

Fr. 49 χαλεπαὶ μὲν ἐκπομπαὶ pro χαλεπὸν μὲν ἐκπέμπειν.

ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμέραν βίου ἐς τὴν ξυλλογήν dicere maluit quam ὑπὲρ τοῦ συλλέγεσθαι τὸν καθ' ἡμ. βίον (cf. Pl. Leg. 936b), ut mos est Gorgiae, Ant. Rh., Thuc. (cf. Wolcott l. c. p. 116sqq. 143) nominibus pro verbis uti. Qua in re scriptores saeculi quinti principem huius consuetudinis auctorem Heraclitum secutos esse Dielesius demonstravit (l. c.). *In diesem allmählichen Vordringen der substantivischen statt der verbalen Wendung unterscheidet sich die Prosa von der Poesie . . . . Das Verbum bezeichnet den Vorgang . . im Allgemeinen, das Substantivum fixirt die typischen Zustände, jenes wird concret, das Substantivum abstract angeschaut.* — Satis videtur dicere ὑπὲρ τοῦ καθ' ἡμ. βίου. Quare delent ἐς τ. ξυλλογήν Meinekius et Sauppius[109a]). Sed eandem loquendi abundantiam Aristoteles in Alcidamante vituperat, qui e. g. non εἰς Ἴσθμια, sed εἰς τὰ τῶν Ἰσθμίων πανήγυριν dicat, quod frigidum sit et poeticum (Rhet. Γ 3).

[109]) Aliter Maassius l. c. p. 492 sq. 498.

[109a]) Hoc probat Wilamowitzius, qui ipse quoque haesit in praepositionum nude propositarum inaequalitate. V. p. 64 adn. 120a.

Maxime Antiphontis oratio synonymis abundat, qua in re Gorgiam imitatur, cf. Hel. 10. 11. 17. 19. Eodem verborum tumore Hippias delectatur in Pl. Prot. 337c. sqq.[110]).

Fr. 49 δαίμονος . . . πότμου. — φρονοῦντας . . . πνέοντας. — ὀλυμπιονῖκαι καὶ πυθιονῖκαι.

Fr. 50 περιττὸν . . . μέγα . . σεμνόν. — σμικρὰ . . ἀσθενῆ . . ὀλιγοχρόνια.

Fr. 53 ἐργαζόμενοι καὶ φειδόμενοι καὶ ταλαιπωροῦντες καὶ προστιθέντες cum chiasmo. — ἀφαιροῦντες . . καὶ χρώμενοι.

Fr. 56 θρασύνεται καὶ τῷ θέλειν ἐπείγει.

Fr. 58 κρατεῖν . . καὶ νικᾶν.

Fr. 59 τῶν αἰσχρῶν ἢ τῶν κακῶν μήτε ἐπεθύμησε μήτε ἥψατο.

Fr. 60 ζῇ . . καὶ θάλλει.

Hoc Philostratus notavit Antiphontis de concordia orationem verbis abundare lateque se fundere: καὶ τὰ ἀποτάδην ἑρμηνευόμενα παραπλήσια τῶν πεδίων τοῖς λείοις (V. Soph. I 15.4. Vorsok. II² 1 p. 597).

Si Blassius Gorgiae figuras apud Antiphontem vix aut omnino non inveniri dicit[111]), paulo aliter rem se habere ex his intelleges:

fr. 49 δοκοῦντα ἡδονὰς κτᾶσθαι λύπας ἄγεσθαι[112]). Hoc loco ad unam omnes adhibentur figurae: ἀντίθεσις, παρίσωσις, παρομοίωσις. Sed quamvis his luminibus, ut opinor, Ant. orationem illustrare studuerit, tamen Gorgiae perfectissima illa artificia non aequavit. Nam aut deest ἀντίθεσις, cum adsunt reliquae figurae, aut adest illa, cum abest παρομοίωσις. Exempla afferam:

fr. 54 χρημάτων πλοῦτον παρασχών,
τοῦ φρονεῖν ⟨δὲ⟩ πένητα ποιήσας.

Fr. 58 ἐν μὲν τῷ γεγεννῆσθαι οὐκ ἔνεστιν,
ἐν δὲ τῷ μέλλειν ἐνδέχεται ⟨τὸ καὶ μὴ⟩ γενέσθαι.

110) cf. Norden l. c. p. 72. De synonymorum frequentatione apud Xenophontem aliosque cf. Schacht, De Xenophontis studiis rhetoricis (Diss. Berol. 1890) p. 14 sqq.

111) A. B. p. 112.

112) Tempus infinitivi ἄγεσθαι pugnare videtur cum κεκτῆσθαι, sed defenditur et symmetria et ipsa sententia. Etenim difficile est retinere possessionem ei qui, cum sibi videatur voluptates parere, aerumnas ducat.

ἃ δ' ἐδόκουν τοῖς πέλας ποιήσειν,
παθόντες ταῦτα ἀνεφάνησαν αὐτοί.

In hoc est chiasmus, quem saepius adhibuit Gorgiam secutus, cuius Hel. 3. 5 conferas[113]).

Fr. 64 θῶπας πλούτου καὶ τύχης κόλακας.

Fr. 49 αἱ γὰρ ἡδοναὶ οὐκ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἐμπορεύονται,
ἀλλ' ἀκολουθοῦσιν αὐταῖς λῦπαι καὶ πόνοι.

Ὁμοιοτέλευτα et πάρισα haec sunt notanda:

fr. 54 μὴ φροντίζειν, ἀλλὰ νομίζειν, cf. Gorg. Hel. 9 καὶ δεῖξαι καὶ δόξαι . . . καὶ νομίζω καὶ ὀνομάζω.

Fr. 49 ἴσα φρονοῦντας ἴσα πνέοντας
ἀξιώσαντα καὶ ἀξιωθέντα.

Sic eadem verba activo et passivo sensu ludendi causa componere Gorgiam eiusque imitatores delectat, cf. Hel. 12 ὁ μὲν οὖν πείσας ὡς ἀναγκάσας ἀδικεῖ, ἡ δὲ πεισθεῖσα ὡς ἀναγκασθεῖσα κτλ. 16 ἐταράχθη καὶ ἐτάραξεν. Agathon in Pl. Symp. 196b οὔτ' ἀδικεῖ οὔτ' ἀδικεῖται οὔτε ὑπὸ θεοῦ οὔτε θεόν.

Contraria, quibus maxime illius aetatis scriptores gaudent, ne apud Antiphontem quidem desunt.

Fr. 56 ἀποῦσι καὶ μέλλουσι — παρῇ, fr. 58 τὸ γεγεννῆσθαι — τῷ μέλλειν, cf. Gorg. Hel. 11. — Fr. 56 γλώττῃ—ἔργον, cf. Gorg. Hel. 1. 7 λόγον—ἔργον. Thuc. e. g. II 40,1. 41,2 (cf. Blass l. c. p. 218). Antisth. Ai. 1. 7. 8. — Fr. 58 δράσειν — πείσεσθαι, cf. Gorg. Hel. 7.

Nonnumquam deest ἀντίθεσις, quam Gorgias plerumque exhibet, etiamsi verba acervat, ut dialecticae est peritus. Haec inter eos differentia elucebit, si contuleris Ant. fr. 53 ἐργαζόμενοι καὶ φειδόμενοι καὶ ταλαιπωροῦντες καὶ προστιθέντες cum Gorg. fr. 6 καὶ λέγειν καὶ σιγᾶν καὶ ποιεῖν καὶ ἐᾶν . . . γνώμην καὶ ῥώμην, τὴν μὲν βουλεύοντες, τὴν δ' ἀποτελοῦντες.

Parechesis eiusdem vocis adhibetur in fr. 54 ἀνὴρ ἄνδρα. Eundem poetarum usum adeo sequitur Gorgias, ut ne hyperbata quidem vereatur, cf. Hel. 17. 18, item Agathon in Pl. Conv. 196c, Thuc. IV 61, 2. 8.

Homonymorum paronomasia ludit in fr. 61 ἀπὸ τῆς ἀρχῆς

113) cf. Blass A. B. p. 68.

εἴθιζον τοὺς παῖδας ἄρχεσθαι. Cf. Arist. Rhet. Γ 2 τῶν δ' ὀνομάτων τῷ μὲν σοφιστῇ ὁμωνυμίαι χρήσιμοι (παρὰ ταύτας γὰρ κακουργεῖ).

Non mirum est Antiphontem, cum a cotidiano sermone abhorreat, naturalem verborum ordinem saepe commutare, sive figuras respiciat, ut in fr. 58 δειμαίνει, μὴ ἃ θέλει ποιῆσαι, ἁμαρτὼν τούτων, ἃ μὴ θέλει ἀπενέγκηται pro μὴ ἁμαρτὼν τούτων, ἃ θέλει ποιῆσαι, ἀπενέγκηται ἃ μὴ θέλει, sive singulorum verborum vi ac ponderi collocationem accomodet, ut in fr. 49 ἆθλα, δελέατα ἃ ὁ θεὸς ἔδωκεν ἀνθρώποις, μεγάλων πόνων καὶ ἱδρώτων εἰς ἀνάγκας καθιστᾶσιν (de loco pron. relat. cf. Wilam. ad Herc. 457), sive numeros sequatur: ὑπέρ τε τοῦ βίου τῆς συλλογῆς, qua de re infra dicemus. Similiter Gorgias hyperbatis ludit, cf. Hel. 12 λόγος γὰρ ψυχὴν ὁ πείσας, ἣν ἔπεισεν, ἠνάγκασε (cf. Blass l. c. p. 71).

Oratorum more Ant. eos qui legunt interrogationibus excitat, ut in fr. 49 τί cum anaphora adhibet: τί γὰρ ἥδιον .... τί δὲ γλυκύτερον, supra τί χρή κτλ., infra τί οὖν κτλ. οὐκ οὖν κτλ. Thucydides rarissime interrogationibus utitur, saepe Xenophon et oratores Gorg., Ant. Rh. (cf. Blass A. B. p. 145. 220).

Cum de summa re agitur, oratio ascendit ad sublimitatem tragoediae, ut in fr. 49: αὕτη ἡ ἡμέρα. αὕτη ἡ νὺξ καινοῦ δαίμονος ἄρχει[114]), καινοῦ πότμου. Habes ἀσύνδετα, ἐπανάληψιν, ποιητικὰ ὀνόματα. Item ἴσα φρονοῦντας ἴσα πνέοντας. More tragicorum scriptor, ut maiorem rei vim tribuat, verba aut eadem repetit aut propinqua et synonyma. Cf. Soph. O. R. 1193 τὸν σόν τοι παράδειγμ' ἔχων, τὸν σὸν δαίμονα, τὸν σόν. Similis est anaphora, qua Thuc. atque etiam Gorgias rarissime, Ant. orator saepius utitur (cf. Blass l. c. p. 68. 144. 220): fr. 49 χαλεπαὶ μὲν—χαλεπὸν δέ. Tres sunt in eodem fr. 49 anaphorae interiectionis sive adhortationis φέρε δή, unde cognoscas, quanto cum strepitu, ut ita dicam, homo ad rem accedat. Sane multa iam ex fr. 49 attulimus, alia accedent exempla orationis non tam gravis et sincerae quam tumidae et fucatae, quam Hermogenes in Antiphonte notavit. φέρε δή

[114]) Salmasius ἄρχει mutavit in ἀρχή. Male. Nam ἄρχει est bene dictum, cf. Thuc. II 12 ἥδε ἡ ἡμέρα τοῖς Ἕλλησι μεγάλων κακῶν ἄρξει, similiter Xen. Hell. II 2,13.

utuntur Herod., Gorg., Auctor Reip. Athen., Ar., Pl., non utuntur Thuc., Ant. Rh.; φέρε saepius tragg.

Maxime notabilis in Antiphontis dictione est iteratio verborum. Notum est antiquos scriptores incuria quadam et simplicitate verba iterasse, id quod posteriores inde ab Isocrate fugiebant. Sed interest inter eam verborum iterationem, quae tantum ad continuandam orationem pertineat, et eam, qua vis quaedam verbis iteratis accedat[115]). Hanc enim etiam recentiorum oratorum nonnulli adhibebant, ut Demosthenes, e. g. de cor. 13 οὐ γὰρ .. δύναται διώκειν δι' ἐμέ, ἐμὲ δὲ ... οὐκ ἂν ἐγράψατο, quam figuram ἐπαναστροφήν appellant. Pathetica est talis iteratio, qualem in Aeschine Demosthenes notat de cor. 35: οὐ γὰρ τὰ ῥήματα τὰς οἰκειότητας ἔφη βεβαιοῦν, μάλα σεμνῶς ὀνομάζων, ἀλλὰ τὸ ταὐτὰ συμφέρειν. συμφέρειν δὲ Φιλίππῳ κτλ. — Illius autem antiquorum simplicitatis exempla maxime in fabularum narrationibus inveniuntur, ut in Pherecydis fr. 1 (Vorsok.[2] II 1 p. 507): .. καὶ Χθονίη. Χθονίῃ δὲ κτλ. fr. 2 ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐξετέλεσαν πάντα .... καὶ τἆλλα, ὅσα δεῖ πάντα, ἐπεὶ δὴ πάντα ἑτοῖμα γίγνεται κτλ. Ter in hoc fragmento repetitur πάντα et ποιεῖν, quater γίγνεσθαι. — Praeterea apud Herod. I 24 .. ἀεῖσαι. ἀείσας δέ κτλ., cf. I 8. 12. — Accurate diligenterque, ne quid male intellegatur, in litteris publicis eaedem formulae iterantur, cf. Thuc. V 23. — Similiter philosophi verba repetere solent, ut sententiam quam clarissime explanent ac demonstrent, ut Melissus in fr. 2 ὅτε τοίνυν οὐκ ἐγένετο, ἔστι τε καὶ ἀεὶ ἦν καὶ ἀεὶ ἔσται, καὶ ἀρχὴν οὐκ ἔχει οὐδὲ τελευτήν .... εἰ μὲν γὰρ ἐγένετο, ἀρχὴν ἂν εἶχεν .. καὶ τελευτήν ... εἰ δὲ μηδὲ ἤρξατο μήτε ἐτελεύτησεν ἀεί τε ἦν καὶ ἀεὶ ἔσται, οὐκ ἔχει ἀρχὴν οὐδὲ τελευτήν. — Anaxagoras in fr. 12: μέμεικται οὐδενὶ χρήματι, ἀλλὰ μόνος ἐφ' ἑαυτοῦ ἐστιν. εἰ μὴ γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ ἦν, ἀλλά τεῳ ἐμέμεικτο ἄλλῳ κτλ.[116]). In fr. 9 quater occurrit ταχύτης, fr. 13 quater κινεῖν, ter διακρίνεσθαι etc. Neque aliter Antiphon verbum repetere solet, etiamsi idem antecessit, ita ut inter se sint continua: fr. 58 ὅστις δὲ .. δειμαίνει ... σωφρονέστερος. ἐν ᾧ γὰρ δειμαίνει, μέλλει· ἐν ᾧ δὲ μέλλει κτλ. ... ἐλπίδες

[115]) cf. Lehrs, Arist. [3] p. 470.

[116]) cf. Diels, Parmenides p. 23.

ὃ οὐ πανταχοῦ ἀγαθόν· πολλοὺς γὰρ τοιαῦται ἐλπίδες κτλ. — Fr. 53 . . . προστιθέντες ἥδονται οἷα δή τις ἂν εἰκάσειεν ἥδεσθαι. ἀφαιροῦντες δὲ . . ἀλγοῦσιν . . . ὥσπερ . . . ἀφαιρούμενοι. — Fr. 49 μὴ τὰ παλίγκοτα λέγωμεν, λεγέσθω κτλ. Qua consuetudine Antiphontis neglecta Blassius scripsit γενέσθω pro λεγέσθω. — Sed cave credas eandem in hoc sophista esse illam sermonis antiquitatem. Id ipsum enim, quod illi quidem naturali quadam incuria admiserant, huius aetatis scriptores in artem atque lusum verterunt. Quorum princeps ipse est Gorgias, cf. fr. 6 τί γὰρ ἀπῆν τοῖς ἀνδράσι τούτοις ὧν δεῖ ἀνδράσι προσεῖναι; τί δὲ καὶ προσῆν ὧν οὐ δεῖ προσεῖναι; εἰπεῖν δυναίμην ἃ βούλομαι, βουλοίμην δ' ἃ δεῖ κτλ. — Palam. 5 ὅτι μὲν οὖν οὐ σαφῶς εἰδὼς ὁ κατήγορος κατηγορεῖ μου, σαφῶς οἶδα· σύνοιδα γὰρ ἐμαυτῷ σαφῶς κτλ. — Eodem lusu maxime delectatur Agathon, cf. Pl. Conv. 194e . . . πρῶτον μὲν εἰπεῖν ὡς χρή με εἰπεῖν, ἔπειτα εἰπεῖν. 195c sq. quinquies deinceps ἁπαλός, bis ἁπαλότης. 196c κρατοῖντ' ἂν ὑπὸ Ἔρωτος, ὁ δὲ κρατοῖ· κρατῶν δέ κτλ. At Gorgias verborum iteratione membrorum symmetriam augere studet, quam Agathon parum respicit, cf. Gorg. fr. 6 . . τῶν ἀδίκως δυστυχούντων . . . τῶν ἀδίκως εὐτυχούντων. Palam 1 . . δικαίως ἀποθανεῖν . . . βιαίως ἀποθανεῖν. Similiter atque Gorgias, quamvis non eadem disserendi ac distinguendi subtilitate, qua ille contraria inter se opponit, ceteri huius saeculi oratores verborum iteratione utuntur, ut symmetriam quandam sive parallelismum, quem vocant, efficiant. Nec vero solum singula verba, sed etiam totas sententias repetere solent. Multa exstant exempla apud Ant. oratorem, Antisthenem, nulla fere apud Thucydidem brevitatis illum studiosissimum et Alcidamantem scriptorem ab antiquitate iam magis remotum (cf. Blass l. c. II 357 adn. 6). Cf. Ant. Rh. I 11 . . ταῦτα μέγιστα τεκμήρια παρείχοντο, ὡς οὐκ ἔνοχοί εἰσι τῷ φόνῳ . . . ταῦτα τεκμήρια εἶναι ὡς εἰσὶν ἔνοχοι τῷ φόνῳ. I 26 . . βιαίως ἀπέθανε. πῶς γὰρ οὐ βιαίως ἀπέθανεν κτλ. V 5 οὔτ' ἔργῳ ἁμαρτάνοντα διὰ ῥήματα σωθῆναι, οὔτ' ἔργῳ ὀρθῶς πράξαντα διὰ ῥήματα ἀπολέσθαι. *Ein Späterer würde diese Wiederholung vermieden haben*[117]. *damit die Symmetrie*

[117]) Atqui Xenophon, ubi artis rhetoricae subsidiis utitur, ab hac severitate symmetriae orationem non relaxavit, id quod pluribus exemplis demonstravit Schachtius l. c. p. 30 sqq.

nicht allzu genau würde; für A. war gerade diese ein Grund nicht zu wechseln (Blass l. c. p. 144), cf. Antisth. Ai. 4. Od. 3. 9 etc. — Nescio an διπλασιολογίαν hanc verba iterandi artem Polus appellaverit in eo libro, cuius reliquas partes de γνωμολογία et εἰκονολογία fuisse Plato tradit (Phaedr. 267c, cf. Vorsok. 74A 26 p. 535 adn. ad v. 4). Etenim eadem tria ornamentorum genera ab illo Gorgiae discipulo tractata in Antiphontis sophistae fragmentis invenimus: sententias magnificas, metaphoras similitudinesque poeticas, verborum iterationem ac symmetriam, cui nemo magis videtur studuisse. Hoc Sauppium et Meinekium fugit, qui duplicata nonnullis locis deleverunt ut Cobetus et Cobetiani similia Xenophontis.

Fr. 58a ὅστις τοῦ θυμοῦ ταῖς παραχρῆμα ἡδοναῖς ἐμφράσσει αὐτὸς ἑαυτὸν
b κρατεῖν τε καὶ νικᾶν ἠδυνήθη αὐτὸς ἑαυτόν.
a' ὃς δὲ θέλει χαρίσασθαι τῷ θυμῷ παραχρῆμα,
b' θέλει τὰ κακίω ἀντὶ τῶν ἀμεινόνων.

Fr. 60a ὅταν γάρ τις πράγματος κἂν ὁτουοῦν τὴν ἀρχὴν ὀρθῶς ποιήσηται,
b εἰκὸς καὶ τὴν τελευτὴν ὀρθῶς γίγνεσθαι·
c καὶ γὰρ τῇ γῇ οἷον ἄν τις τὸ σπέρμα ἐναρόσῃ,
d τοιαῦτα καὶ τὰ ἔκφορα δεῖ προσδοκᾶν·
c' καὶ ἐν νέῳ σώματι ὅταν τις τὴν παίδευσιν γενναίαν ἐναρόσῃ,
d' ζῇ τοῦτο καὶ θάλλει διὰ παντὸς τοῦ βίου κτλ..

Saepe eandem rem per affirmationem et negationem effert, quem usum maxime apud poetas (Hom., tragg.)[118]) et vetustiores scriptores (Herod., Gorg. (cf. Pl. Gorg. 452e), Ant. Rh., Thuc.) invenimus. Cf. Kuehner-Gerth l. c. II 2^3, 586.

Fr. 53 τὸν παρόντα μὲν βίον οὐ ζῶσιν . . . ὡς ἕτερόν τινα βίον βιωσόμενοι, οὐ τὸν παρόντα.

Fr. 54 οὐ χαρισαμένῳ, ἀλλ' ἀχαριστήσαντι . . . . αὐτῷ εἶναι καὶ μὴ ἀπολωλέναι.

Optime autem ex fr. 49 intellegi potest, quantopere Ant. symmetria sive parallelismo gaudeat.

[118]) cf. Wilam. ad Herc. v. 842.

A εἰ γὰρ τύχοι μὴ ἐπιτήδεια γενόμενα,
τί χρὴ τῇ συμφορᾷ χρῆσθαι;
a χαλεπαὶ μὲν ἐκπομπαί . . .
b χαλεπὸν δὲ κεκτῆσθαι[119]) . . .
A' φέρε δή, μὴ τὰ παλίγκοτα λέγωμεν,
λεγέσθω τὰ πάντων ἐπιτηδειότατα.
a' τί γὰρ ἥδιον . . .
b' τί δὲ γλυκύτερον . . .
B ἐν τῷ αὐτῷ . . . . . . ἔνθα τὸ ἡδύ,
ἔνεστι πλησίον . . . . . . καὶ τὸ λυπηρόν.
B αἱ γὰρ ἡδοναὶ οὐκ ἐπὶ σφῶν αὐτῶν ἐμπορεύονται,
ἀλλ' ἀκολουθοῦσιν αὐταῖς λῦπαι καὶ πόνοι.
C ἐπεὶ καὶ ὀλυμπιονῖκαι . . .
ἐκ μεγάλων λυπημάτων ἐθέλουσι παραγίγνεσθαι.
C' τιμαὶ γὰρ καί ἆθλα . . .
πόνων καὶ ἱδρώτων εἰς ἀνάγκας καθιστᾶσιν.
D ἐγὼ γάρ, εἴ μοι γένοιτο σῶμα ἕτερον τοιοῦτον
⟨ἐπιμελὲς ὄν⟩ οἷον ἐγὼ ἐμαυτῷ[120]),
οὐκ ἂν δυναίμην ζῆν,
οὕτως ἐμαυτῷ πολλὰ πράγματα παρέχων
ὑπέρ τε τῆς ὑγιείας τοῦ σώματος
ὑπέρ τε τοῦ καθ' ἡμέραν βίου ἐς τὴν ξυλλογὴν[120a])
ὑπέρ τε δόξης καὶ σωφροσύνης καὶ εὐκλείας[121]).
D' τί οὖν, εἴ μοι γένοιτο σῶμα ἕτερον τοιοῦτον,
ὅ γέ μοι οὕτως ἐπιμελὲς εἴη;
οὐκ οὖν δῆλον, ὅτι γυνὴ ἀνδρί, ἐὰν ᾖ καταθυμία,

---

119) ⟨καὶ⟩ ἐκτῆσθαι Dielesius.

120) ἐμαυτῷ neglexit Blassius, cum hunc locum in adn. crit. interpretaretur, delendum putat Wilamowitzius, quod in hunc versum ex sequente subrepserit. ἐπιμελὲς ὄν interposuit Dielesius partim propter symmetriam.

120a) v. adn. 109a. Necessaria mihi videntur verba ἐς τὴν ξυλλογὴν propter sermonis symmetriam.

121) καὶ τοῦ εὖ ἀκούειν delevit Meinekius, quem secutus est Dielesius in I. edit., ἐς τὸ εὖ ἀκούειν coniecit in II. edit.; Wilamowitzius καὶ σωφροσύνης in maritum cadere, in virum unum non cadere, εὐκλείας et εὖ ἀκούειν idem esse arbitratus delet verba καὶ σωφροσύνης καὶ εὐκλείας inculcata ex posterioribus.

οὐδὲν ἐλάττους τὰς φιλότητας παρέχεται καὶ τὰς ὀδύνας ἢ
αὐτὸς αὑτῷ
ὑπέρ τε τῆς ὑγιείας δισσῶν σωμάτων
ὑπέρ τε τοῦ βίου τῆς ξυλλογῆς
ὑπέρ τε τῆς σωφροσύνης καὶ τῆς εὐκλείας.

Nimirum scriptor parellelismum sententiarum adeo excoluit, ut quasi stropham antistropha excipiat[122]). Huc spectare puto Hermogenis de Antiphonte iudicium: καὶ ἐπιμελὴς δὲ κατὰ τὴν συνθήκην καὶ ταῖς παρισώσεσι χαίρων. Sed quamquam magis minusve paria paribus adiunguntur, tamen nec membris distincta est verborum continuatio nec numerosa efficitur. Medium est igitur hoc orationis genus inter λέξιν εἰρομένην et Gorgiae sermonem artificiosum. Atque propius accedit ad poetarum dictionem quam ad Gorgiae artem enuntiata membris componendi atque conformandi. Profecto similis est Antiphontis oratio priscae aetatis statuae, cuius sinistrae partes dexteris respondent, sed omnes fere inter se concinnitate et aequalitate carent. Quod si statuendum esse mihi videtur, ne miratus sis multis in rebus me iubere Democriti comparare elocutionem, quae quamvis absit ab Antiphontis tumore nimiaque granditate, tamen simili insignis est abundantia verborum et symmetria. Eadem adeo scatet numeris, ut paene versus nonnumquam efficiantur[123]). Sed hoc non est solius Democriti. Sophistae enim quidam in hoc genere maxime excellunt, quorum dithyrambicam dictionem Plato in Phaedro (137 a sqq.) imitatur[124]). Neque quisquam magis idoneus videtur Agathone, quem Antiphonti finitimum esse dicamus.

Nam uterque non solum poeticis verbis et sententiis sermonem amplificat, sed etiam numeris vel metris aures delectat. Ut Agathon, qui et ipse erat poeta, Amoris laudes hexametris cumulat, sic Antiphon rerum gravitate commotus numeris anapaesticis utitur: καινοῦ δαίμονος ἄρχει, καινοῦ πότμου (fr. 49). Quos versus'

---

122) De tragicorum usu verba eodem loco in antistropha repetendi cf. Kaibel l. c. p. 264.

123) cf. Birt in Natorp, Demokrits Ethika, p. 181 sqq.

124) cf. Norden l. c. p. 109 sq.

iam a Gaisfordio agnitos ex tragoedia quadam sumptos esse ne Nauckio credam vereor (cf. fr. trag. adesp. 456). Nam alia quoque in fragmentis Antiphontis metrorum vestigia inveniuntur, quae ad poetas referri nullo modo possunt. Anapaesticum numerum praebere υυ — γὰρ ἀγὼν γάμος ἀνθρώπῳ Blassius vidit. At versum poetae non subesse apparet. Idem dicendum est de tetrametro cretico, qui Blassium fugit: καὶ γάμων καὶ γυναικὸς ἐπιθυμησάτω (fr. 49), de dimetro trochaico ἴσα φρονοῦντας ἴσα πνέοντας, de enoplio fr. 57 νόσος δειλοῖσιν ἑορτή, quae poetae alicuius verba laudata esse Gomperzius censuit[125]. In fr. 62 (sine lemmate post fr. 61 tradito) οἵῳ τις ἂν τὸ πλεῖστον τῆς ἡμέρας συνῇ κτλ. trimetros iambicos inesse Spengelius suspicatus Menandro attribuit. At est hoc scriptoris Antiphontis. Alia numeri trochaici et iambici exempla attulit Toepferus[126]: fr. 49 εἴ μοι γένοιτο σῶμα . . . οὐκ ἂν δυναίμην ζῆν . . . οὕτως ἐμαυτῷ πολλὰ πράγματα παρέχων . . . . ὑπέρ τε τοῦ καθ' ἡμέραν βίου . . . . καὶ τὸ πρόσωπον οὐκέτι ταὐτό (Adonii duo). — Fr. 59 οὐ γὰρ ἔσθ' ὅτου κρατήσας αὐτὸς ἑαυτὸν κόσμιον παρέχεται, numeri trochaici. — Fr. 61 ἀναρχίας δ' οὐδὲν κάκιον ἀνθρώποις, trimeter claudus. Eodem modo Agathon orationem suam metris instruxit. Exempla attulit Nordenus[127]: Pl. Conv. 196c πᾶς γὰρ ἑκὼν Ἔρωτι πᾶν ὑπηρετεῖ. 197c τοῖς ἄλλοις ἄλλων τοιούτων αἴτιος εἶναι hexametri dact. exitus. Addo hunc hexametri initium: 195a οὕτω δὴ τὸν Ἔρωτα καὶ ἡμᾶς . . Uterque cum hoc modo metris utitur, vetustiorum scriptorum morem sequitur. Atque id ipsum, quod Nordenus de Heraclito et Herodoto dicit[128]: *Wo der Autor hohen Schwung nimmt, läßt er metrischen Wortfall eintreten,* non minus ad quosdam Gorgiae aetatis scriptores pertinet. Nec vero dubium est, quin maxime inter sophistas magnifico et poetico sermone floruerit Antiphon.

Quae cum ita sint, ne de Antisthenis quidem declamationibus Radermacherum recte iudicasse puto[129], quod compluribus in Ulixe

[125]) cf. Toepfer l. c. p. 39.
[126]) l. c. p. 40 sqq.
[127]) l. c. p. 74.
[128]) l. c. p. 45.
[129]) Rh. M. XLVII (1892) p. 569 sqq.

et Aiace senariis sive numeris iambicis (cf. Ai. 5. Od. 9. 12) observatis utramque orationem ab homine nescio quo ex tragoediis quibusdam in prosam versam postea Antistheni perperam attributam esse sibi persuasit. De Antisthene enim auctore dubitari adeo non potest[130], ut statuendum esse mihi videatur eum scriptorum illius saeculi more, praesertim cum tragoediae personas induceret, quarum dicendi rationem imitaretur, pedestrem orationem ad versuum altitudinem sustulisse, id quod postea inde ab Isocrate pro summo vitio habebatur, cf. Arist. Rhet. Γ 8 ῥυθμὸν δεῖ ἔχειν τὸν λόγον, μέτρον δὲ μή· ποίημα γὰρ ἔσται. Demetr. de eloc. 118 ψυχρὸν δὲ καὶ τὸ μέτρα τιθέναι συνεχῆ, καθάπερ τινές, καὶ μὴ κλεπτόμενα ὑπὸ τῆς συνεχείας·[130a]) ποιήμα γὰρ ἄκειρον ψυχρόν. Quae cum in alios tum in Antiphontem cadunt.

A granditate reliquorum fragmentorum paulum descendere re ipsa coactus est in fr. 54, ubi fabulam more Herodoti simpliciter narrat, quamquam ne in hac quidem narratione a figuris omnino abstinuit. Ut solent, initium facit narrandi, cum dicit: ἔστι δέ τις λόγος, ὡς . ., cf. initium griphi popularis αἶνός τίς ἐστιν, ὡς ἀνήρ κτλ. Anth. lyr. XXX Cr.) Antiquae simplicitatis est ex ipsa narratione transire in orationem directam, cuius rei exempla attulit auctor libri Περὶ ὕψους XXVII[131]. Idem est Antiphontis usus in fr. 54: ὁ δ' αὐτὸν ἐκέλευε μὴ φροντίζειν, ἀλλὰ νομίζειν αὑτῷ εἶναι . . . 'πάντως γὰρ οὐδ' ὅτε ἦν σοι' κτλ.

In coniungendis autem sententiis omnia fragmenta eandem simplicitatem exhibent. Neque enim via ac ratione Antiphon procedit, sed rebus ipsis quasi amne fertur. Coniunctionibus δέ, καί, γάρ sententiae continuantur, cui rei maxime documento est fr. 58.

Quamquam igitur in his quidem fragmentis compositio plerumque simplex est et perspicua, tamen nonnumquam figu-

[130]) cf. Wilamowitz, De trag. Graec. fragmentis p. 19 sq. Ind. Schol. Goett. 1893. — Blass A. B. II 338.
[130a]) Id ipsum statuendum esse puto de Antisthenis declamationum numeris iambicis, quamquam aliter iudicat Altweggius (p. 59), quem accuratius illos numeros sero cognovi enucleasse in libro Basiliensi *Juvenes dum sumus* (Basel 1907) p. 52 sqq.
[131]) cf. Norden l. c. p. 38.

rarum usu conturbatur, ut in fr. 58 loco, quem supra exposuimus (δειμαίνει, μὴ ἃ θέλει ποιῆσαι κτλ.), et in fr. 49, ubi cum de divortio agitur, verba adeo abrupte composita sunt, ut sensum vix intellegere possis. Nec vero recte iudicavit Jacobsius, quod dissolutionem sustulit καὶ post ἐκπομπαί interposito: χαλεπαὶ μὲν ἐκπομπαί, τοὺς φίλους ἐχθροὺς ποιῆσαι κτλ., neque Dielesius coniecturam δοκοῦν τε pro δοκοῦντα in altera editione retinuit: χαλεπὸν δὲ κεκτῆσθαι κτῆμα τοιοῦτον, δοκοῦντα ἡδονὰς κτᾶσθαι λύπας ἄγεσθαι. Nam ipsa compositionis symmetria haec asyndeta quamvis dura in tuto collocata sunt. Sane exemplum hoc est eius vitii, quod Hermogenes in Antiphonte reprehendit: καὶ περιβάλλει δὲ χωρὶς εὐκρινείας, διὸ καὶ συγχεῖ τὸν λόγον καὶ ἔστιν ἀσαφὴς τὰ πολλά.

Omnino autem Hermogenis iudicium ad ea quadrat, quae de Antiphontis scribendi ratione ex ipsis fragmentis cognovimus. Opponit enim ille oratori Rhamnusio sophistam: ὁ δ' ἕτερος Ἀ., οὗπερ οἱ τῆς Ἀληθείας εἰσὶ λεγόμενοι λόγοι, πολιτικὸς μὲν ἥκιστά ἐστι, σεμνὸς δὲ καὶ ὑπέρογκος τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ δι' ἀποφάνσεων περαίνειν τὸ πᾶν, ὃ δὴ τοῦ ἀξιωματικοῦ λόγου ἐστὶ καὶ πρὸς μέγεθος ὁρῶντος, ὑψηλὸς δὲ τῇ λέξει καὶ τραχύς, ὥστε καὶ μὴ πόρρω σκληρότητος εἶναι. Cf. Philostr. V. Soph. I 15,4 (v. supra p. 25. 58). Iam nemo, qui haec comprobat, eundem Antiphontem excerpta illa Iamblichi conscripsisse putabit. Auctorem enim illum nec humili nec nimis elato genere sermonis uti atque eleganter et perspicue loqui Toepferus accuratius exposuit[132]). Similitudo autem et vocabulorum et sententiarum, quae Blassium movit, nihil valet. Quis enim hoc in aequalibus fieri miretur? Profecto eadem est similitudo inter Thucydidem et Ant. sophistam. Neque Hermogenem hoc fugit[133]) et multa facile enumerari possunt, quae utriusque sermonis sunt communia. Sed imprudentis est ex hac re colligere Ant. sophistam Thucydidis praeceptorem fuisse[134]), etsi plura inter hos similia esse concedo[135]) quam inter Ant. oratorem et Thucydidem, quem Caecilius illius discipulum fuisse coniecit. Ac mihi quidem

132) l. c. p. 36 sqq.
133) de id. II 11,7 (Vorsok. 80 A 2 p. 588,4 ²).
134) cf. Buresch l. c. p. 87 sq.
135) cf. Hermog. l. c., Norden l. c. p. 97 adn. 1.

Wilamowitzius, etsi nunc sententiam mutavit[136]), recte iudicasse videtur, quod nullam fidem habuit Caecilii coniecturae[137]), quam sermonis quidem similitudine fulcire non licet. Nimirum si plura illius aetatis scripta nobis servata essent, etiam magis eluceret, quam male singulis attribuantur, quae saeculi sunt communia[138]).

Finitimam Antiphontis generi orationis Critiae elocutionem esse Hermogenes dicit, quamquam hunc magis perspicue pure sincereque scribere affirmat[139]). Hoc enim est, quod in Antiphonte propter verborum tumorem nimiamque granditatem maxime desiderat: οὐ μὴν ἤθους γέ τι οὐδ' ἀληθινοῦ τύπου μέτεστι τῷ ἀνδρί, φαίην δ' ἂν ὡς οὐδὲ δεινότητος, πλὴν τῆς φαινομένης μέν, οὐ μὴν οὔσης γε ὡς ἀληθῶς. Quod quam recte iudicatum sit, nonne e verborum pompa, iterationibus, metaphoris intellexisti, quibus speciem quandam amplitudinis etiam exiguis rebus sophista imponit?

Qualis homo, talis ut aiunt oratio. Sane multiplex variusque est Antiphon, quippe qui et de physicis et de mathematicis et de humanis rebus, de moribus et de somniis copiose et ornate, nonnumquam etiam graviter et subtiliter scripserit. Sed pauca illius propria, multa ex aliis fontibus cum in libro Veritatis, quo Parmenidem et Empedoclem aliosque compilavit, tum in libro Περὶ ὁμονοίας fluxisse manifestum est. Quis igitur non videt hoc tam splendidum pallium, quo sophista sollers et ingeniosus se ornavit, satis multis pannis aliunde sumptis mirabiliter esse consutum?

136) cf. Die griech. Literatur (Die Kultur der Gegenwart I 8) p. 61.
137) Herm. XII 335.
138) Hoc neglecto Bureschius in errorem incidit, cum Tetralogias sophistae attribuit, l. c. p. 133.
139) l. c. 9. 10 p. 414 sq. Sp.: ἔστι γὰρ καὶ οὗτος σεμνὸς μὲν παραπλησίως τῷ Ἀντιφῶντι καὶ διηρμένος πρὸς ὄγκον καὶ τὰ πολλὰ λέγων ἀποφατικῶς, καθαρώτερος δὲ τὴν λέξιν καὶ ὅτε περιβάλλοι, διευκρινῶν, ὥστ' εἶναι καὶ σαφὴς ἅμα τῷ μεγέθει καὶ εὐκρινής κτλ. Philostr. V. soph. I 16 τὴν δὲ ἰδέαν τοῦ λόγου δογματίας ὁ K. καὶ πολυγνώμων σεμνολογῆσαί τε ἱκανώτατος οὐ τὴν διθυραμβώδη σεμνολογίαν, οὐδὲ καταφεύγουσαν ἐς τὰ ἐκ ποιητικῆς ὀνόματα (sicut Antiphon), ἀλλ' ἐκ κυριωτάτων συγκειμένην καὶ κατὰ φύσιν ἔχουσαν κτλ. Cf. Wilam. Arist. u. Athen I 173 sq.

VITA.

Natus sum Carolus Fridericus Edgar Jacoby Berolini a. d. V. Kal. Febr. anni MDCCCLXXXIII patre Daniele Gymnasii Regiourbani professore, matre Maria e gente Urech. Fidei addictus sum evangelicae. Gymnasium frequentavi Regiourbanum, quod tum floruit Ed. Wellmanni auspiciis. Vere anni MCMII maturitatis testimonium adeptus civibus Universitatis litterariae Berolinensis adscriptus sum, ut philologiae et archaeologiae studiis me dederem.

Scholas audivi virorum doctissimorum Diels, Erman, Graef, Harsley, Hirschfeld, Kekule von Stradonitz, Ed. Meyer, Milan, E. Norden, Roethe, E. Schmidt, W. Schulze, Stumpf, Vahlen, Wentzel, von Wilamowitz-Moellendorff, Winnefeld.

Proseminarii philologi per sex semestria sodalis fui ordinarius atque exercitationibus institutus sum professorum Diels, Helm, Imelmann, Wentzel, von Wilamowitz-Moellendorff.

Ad exercitationes archaeologicas benigne me admiserunt professores Kekule von Stradonitz et Kalkmann, cuius praematuram mortem valde dolui.

Cum omnibus his viris optime de me meritis tum Dielesio, qui ut Antiphonti operam darem me adhortatus est, gratias ago quam possum maximas.

Examen philosophiae magna cum laude sustinui a. d. XII. Kal. Iunias anni MCMVIII.



